ter alam cõdito: alternis pedibus inſiſtentes. Dux erecto prouidet collo ac pręd icit. Vade igitur ad gruem
o piger, & diſce vigilãtiam, quia re vera, qua hora nõ putatis venturus eſt fur, & eo tempore, quo mul-
tos deſtertantes pręoccupabit. Ait autem ei Petrus, Domine ad nos dicis hanc parabolam
an ad omnes? Dixit autẽ dominus. Quis putas eſt fidelis diſpẽſator & prudẽs, quẽ
cõſtituit dominus ſuper familiã ſuã: vt det illis in tempore tritici mẽſuram? Ad hãc Pe-
tri interrogationem ita dominus reſpõdit vt intelligat Petrꝰ: multa quidẽ ad omnes pertinere, qui ſunt
ex ouibus ſuis, ſed pręcipue illorum referre qui duces ſunt verbi, & paſtores ouiũ chriſti. Quod dicit, quis
putas: perinde valet vt quis. Quẽ inquit arbitraris eſſe ſeruum fidelem, rara auis, (pugnãt enim cõiter
ex diametro ſeruitus cũ fidelitate) quem cõſtituit dominus ſuper familiam ſuam Dicẽdo aũt, quẽ cõſti-
Num.16. tuit dominus, oſtẽdit ꝙ multi ſeipſos inſtituunt ſicut Dathan & Abirõ, multi conſtituuntur a regina pe-
cunia, multi ab ancilla oſtiaria ſimonia. Itaꝗ ſi rerum pręcioſitas de raritate pẽſatur, quid rari? inter tot
examina paſtorũ aut mercenariorum ꝗ vnus fidelis & prudens, quẽ reuera dominus ipſe inſtituerit? Di-
cens fidelem: Iudã notauit, qui fur erat. Ioan.12. Dicẽdo aũt prudens, Petrũ admonuit qui quia temere
ſe admiſcuit ſatang miniſtris, negauit ingenue veritatẽ, quã ei pater cœleſtis reuelarat. Dictũ eſt ad Noe
Matth.16. Te vidi iuſtũ & prudẽtẽ qui des dĩ mẽſum cibũ in tempore (ſiquidẽ beneficium nõ in tempore nomẽ be-
Geneſ 6. neficij perdit, poſt bellum videlicet auxilium) bobus, equis, aſinis, capris & omni volatili in arca inclu-
ſo. Dictũ eſt de Moſe. ecce cõſtitui te deum Pharaonis. Exo.7. Dictũ eſt de Aarõ, quẽ elegero, germina-
1.Re.16. bit virga eius. Nũ.17. De Dauid, ſurge, vnge eũ, ipſe eſt enim. Tanꝗ igitur rẽ charã & carã inuenturꝰ
difficilem, dixit quis inuenietur fidelis & prudẽs, qui nõ ſua quęrat, qui totus ſit oculus: ſic Ianus & Ar-
gus, vt pręficiatur familię chriſti? Nã Iudas a deo infidelis erat: vt precium mũdi in ſuum verterit lucrum
Sabellicus. Sabellicus. Tãta in Hanibale duce vis eſſe credebatur: vt oibus circa illum fluctibus, magno tamẽ cętero-
Hanibal rũ eſſet hoſtibus. Nec mirũ. In nullo imperatorũ maior viguit ſolertia, quę tãta in vno extitit, vt cũ tot
annos in hoſtili terra exercitũ ex omni colluuione gentiũ mixtum rexerit, quibus nõ lex, nõ mos, nõ lin-
gua vna fuerit alius quidem habitus alia veſtis alia arma, alij ritus, alia ſacra, ita tamen arcto vinculo
oium animos copulauit, vt in ſumma ſtipẽdij & rerũ omnium penuria, nullam ſit expertus ſeditionem.
Audi & Plutar. Neꝗ enim tanꝗ ad nundinas & lucel a eundẽ eſt ijs qui ſibi gubernacula reipublicę
Plutar. cõmitti volũt, queadmodũ Stratoclem illum & Dromoclidẽ accepimus, ſolitos ſe ſe mutuo ad menſam
auream inuitare. Sic enim loco tribunal & curiã appellitare cõſueuerũt. Ad hęc Chryſo. Rarus eſt do-
Chryſoſt. mino propter dominũ ſeruiẽs, de quo Malach. Cap.1. Quis in vobis, qui claudat oſtia, & incẽdat altare
meum gratuito? Hieronymus. Nõ dico põtifex, nõ ſacerdos, nõ leuita, nõ cãtor, ſed nec ianitor quidẽ
Hierony. & is qui ignem ſupponit altari ſeruit mihi ſine mercede. Significat autẽ decimas oium frugũ quę erant
miniſtrorũ templi. Et prudẽs inquit, quia in oibus oportet a ſeipſo agat, cũ nõ poſſit dominum conſulere
ſicut Moſes ſeruus dei, de quo vide Nũ. Cap.7. in fine. Vide.1. Petri.5. In principio. Vt det illis inquit tri-
tici menſuram. Grece ϲιτομέτριον, ſitometrion, quod referri poteſt ad omnem cibum, id quod latine vo-
cãt demenſum, ſiue quod ad certum modũ tribuatur, ſiue ꝙ in ſingulos mẽſes red deretur iuxta donatũ.
prouerbiũ Quẽ inquit cõſtituit dominus dicens, paſce/paſce/paſce oues meas. Siquidem multis cõpetit illud, A re-
mo ad tribunal, dici ſolitum, vbi quis repente (Saul & Dauid) ab infima cõditione prouehitur ad honeſti
muneris admi-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

muneris adminiſtrationē. Id quod haud ſcio an vlli cōtigerit fęlicius noſtro ſeculo q̄ Iullio ſecundo. Nā ferūt hūc iuuenum ad ſtipē ſcalmū remo ſubigere ſolitū. Et tamen a remulco nō ſolū ad tribunal verum etiā ad ſummū illud rerū humanarum culmē euectus eſt, deo volēte, vel cōniuēte. De prudentia autem ita dicit Plato. Beatiſſimas fore reſpublicas, ſi qui earum gubernationi pręeſſent, aut ſapientia prędit i eſſent, aut ſtudio ſapiētię tenerētur. Nā ſi cęcus cęcum ducat &c. Matth, 15. Conſummato pręlio quod dam ab Alexandro in vrbe Niſa, ex obſeſſis vrbibus ſupplices aduenere legati. Qui primū in armis terribilē cōſpicati virū, ſtupore perculſi, ſtetere. Allata poſt modū ſella, grādęuū quendā noie Acuphin ſedere iuſſit. Tū eius ſplendorem ac clementiā admiratus Acuphis, interrogat, quid nam facturi: tuam aſſequi beneuolentiā poſſumus? Cui Alexāder. Si ſuū te ciues principē creauerint, & ad me centum pręſtātiſſimos miſerint viros. Tū ridens Acuphis, maiore cū dignitate imperabo inquit, ſi nequiſſimos ad te miſe **Iullius.** **Plato.** **Alexander**

A ro. Sapiētię plenū verbum & tāta ſenectute dignū, ac ipſe pręterea dignus qui cōſtitueretur ſuper illā prouintiā. Audi alterū. Taxiles princeps ægyptius his verbis aggreditur Alexandrū, quē ſalutatum venit. Equidem ſi te ditior aut locupletior ſum, in dandis ad te beneficijs paratus aduenio, ſin inferior exiſto, tua in me cōfer officia. Alioqui quid mutuo decertandū eſt nobis bellum, ſi nō aquā aut neceſſariū nobis cibū intercepturus aduētaſti? Pro his enim duobus ſtrenuos ac ſapiētes viros belligerare decet. Ea re lętatus Alexāder, virū comiter amplexus: at qui putas ait ſine bello hac ſermonū familiaritatę nos amicitiā eſſe aſſequutos? At qui ne ſuperes faxo. Ego enim hoc vno tecū bellandi genere enixiſſime decertabo: (id belli genus apud noſtrates inuſitatū eſt) ne q̄uis frugi vir, & cōſpicua benignitate exiſtas, ingratificādo vincar abs te. Id quod re impleuit Alexāder, paucis ab illo aceptis, & multis collatis. Ita ſermo principis huius eruditus & mollis, & fregit animos Alexādri: & ſine belli ſtrepitu pacē ſuę quęſiuit prouintię cū multa ſumma pecunię. Dominus inquit dedit mihi linguā eruditā, vt ſciā ſuſtētare eū qui la- **Taxiles.** **Eſai, 50.** **Hierony.**

B ſſus eſt verbo. Hieronymus. Magnę ergo ſcientię eſt dare in tēpore cōſeruis cibaria: & audientiū cōſiderare perſonas: ſunt enim multi qui pro aure calcaneū curant, aut eundē calceū omni aptāt pedi, pro lachrymis riſum ſępe excitātes in eccleſia. Beatus ille ſeruus quē cū venerit dominus, inuenerit ſic facientē. Vere dico vobis, quoniā ſuper oia quę poſſidet cōſtituet illū. Siquidē exploratā habens dominus fidelitatē eius in paucis, in dimēſis videlicet, pręficiet eū omni terrę ægypti ac veluti rerū omniū cōſortem habere dignabitur, iuxta illud, tu eris ſuper domū meam (nunquid enim ſapētiorem aut cōſimilem inuenire potero?) & ad tui oris imperiū cunctus populus obediet, vno tantum regni ſolio pręcedā te, & cętera quę habes Geneſ. 41. Cęterum ſtella a ſtella differt: & Paulus paſtor p decem milibus computatur, ſicut dictum eſt paſtori vni conſtituto ſuper gregem domini. 2. Reg. Cap. 18. Vnuſquiſq; tamen mercedem accipiet iuxta laborem impenſum. **prouerbiū** **Matth. 24** **1. Cor. 3**

C Caput. viij. Continuatur materia de ſeruo infrugifero, qui vapulauit. Plagis multis: ignem veni mittere in terram baptiſmo ſum baptizād? & coactor &c. De galileis quorū ſanguinē Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorū. De illis quos oppreſſit turris ſiloe: q erāt numero duodeuigīti

QVod ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo: moram facit dominus me? & cęperit percutere ſeruos & ancillas: edere & bibere: & inebriari: veniet dominus ſerui illius in die qua nō ſperat & hora qua neſcit, & diuidet eū partemq; eius cum infidis ponet vel hypocritis. Iuxta Matthęū, fidus enim nec ſimulat neq; diſſimulat. Itaq; ſi ſeruus ille verſipellis nec probatę fidei fuerit, nec prudēs, ſed elatus abſentia domini ſui, ac cōmiſſa p **Matth. 24** **Luc. 12.**

D fectura: dixerit ſecū, dominus meus fortaſſe nunq; rediturus eſt, faciā quod libet: & abutēs poteſtate ſibi tradita, cęperit (ex paſtore verſus in mercenariū aut in predonem) ſęuire in cōſeruos & ancillas, immemor verborū illorū: rectorem te poſuerūt eſto in medio eorū (nolli extolli) quaſi vnus ex ipſis quaſi paruulos & nutrix foue? filios ſuos, nō ſolum nō paſcēs: verum pro cibo reponens verbera: & dicens: ego cędā vos ſcorpionibus. 3. Reg. 12. Ipſe autē interim epuletur cotidie idq; ſplendide & inebrietur de ſanguine ſanctorū. Apoc. 17. Domini bona luxu & epulis prodigens, quid futurum ſperatis tali & tam nefando nebuloni? Veniet dominus die & hora q nō ſperat: & amputatus a familia ſua Depoſitus ob adminiſtratione Ligatis manibus & pedibus proij cietur in tenebras exteriores: & partem eius ponet cū his qui nō credūt: & ira dei manet ſuper eos. Ioā. 3. Sic diuiſa eſt anima Baltaſar a corpore ſuo, & regnum diuiſum Medis & Perſis. De quo vide Danie. 5. Sunt ergo ſerui quidā in fidi, qui deſperātes: ſemetipſos tradiderūt (ac venū dederūt) vt facerent malum eos qui poſt q peccaue- **Eccle 32.** **Hierony.**

E Ephe. 4. Pro deſperātes Gręce eſt ἀπηλγηκότες: apelgecotes: ſignificat autem qui aūt ſentiant cum ſint opi- runt, nō dolent quaſi dicas indolorios: qui nequaq; ſentiētes ruinā ſuam: in mortem ruunt: qua cū pacta fece nione Sadducęi,) feruntur in pronum: & tanq; beſtię ferrū videntes: in quandam turpitudinum palmam rūt. Eſai. 28. Qui non modo non dolent: imo & gloriantur, putantes ſe quandam tanq; pecora ad lanienā deſtina & victoriā cōſequutos. Hinc ergo incipiunt inſanire, bibere & ſaginari Prouerb. 18. Sic hora qua non ta. Hiere. 12. Sicq; ſenſim paulatimq; deſcendunt in malorum profundum. anima exactoribus de qui putat ſeruus hic vrgebit ſuper eum puteus os ſuum: corpus tradetur vermibus; bus ſupra diximus hoc Cap. Luce videlicet. 12. De huiuſmodi ſeruis vere dixeris illud ex triuio, frōs occipitio prior, Eſtq; ſenſus: rectius geri negociū, vbi pręſens ac teſtis adeſt: is cuius agitur negotium. Vnde prouerbiū **pſ. 68.**

Plinius. Maio-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Plinius. Plinius. Maiores fertiliſſimum in agro oculũ domini eſſe dixerunt. Ariſtoteles. Quidã interrogatus, quę
A. Gelli⁹ res potiſſimũ ſaginaret equum, reſpõdit, oculus domini. Vnde illud ex Gellio. Cũ quidã corpulentus ac
nitidus, equum haberet macilentũ ac ſtrigoſum, rogatus quid eſſe in cauſa, reſpõdit, mirũ nõ eſſe debe-
T. Liuius. re, quandoquidẽ ipſe ſe paſceret, equum curaret ſeruus. Ita dixit & Titus Liuius, nõ ſatis fęliciter ſolere
Terentius procedere, quę oculis agas alienis. Et illud Terẽtij, ita vt fit domini vbi ab ſunt, ſignificans peregre pro-
fectis heris, miniſtros oia facere indiligẽtius & peccare licẽtius, ſicut in pręſentiarum videre licet. **Ille**
**aũt ſeruus qui cognouit voluntatẽ domini ſui, & nõ ſe pręparauit, & nõ fecit ſecun**
**dũ voluntatem eius: vapulauit multis. Qui autem nõ cognouit, & fecit digna pla-**
Plutarch⁹ **gis: vapulauit paucis.** Iuxta Plutar. Maxima hec peccãti ſeruo interebatur pęna, vt is plauſtri lig-
num cui temo attigitur ſpectãte vicinia ferens, circũ ageretur. Quod vbi factum erat: infidus a domeſti-
cis & vicinis exiſtimatus, furcifer appellabatur. Vos aũt eum timete qui corpus & animã poteſt perdere
Chryſoſt. Matth. 10. Chryſoſt. Vide ꝙ multa variaꝗ diſcrimina in vno peccato cõſiderãtur. Aliud ante legẽ aliud F
poſt. Aliud ſacerdotis, aliud principis, aliud laici, aliud ditiſſimę, aliud pauperrimę: aliud filię ſacerdotis
aliud ancillę: aliud ignorãtis, aliud ſcientis volũtatẽ domini ſui. Sed & poſt exẽpla peccare, grauioris pę
Leui. Cap̃ nę cauſa eſt, ſicut in Cain & Lamec. Grauius etiã in delitijs peccare, ſicut epulo ille. Luc 16. Prodit enĩ
4. & 21. quaſi ex adipe iniquitas illorum. ps. 72. Locus etiam iuxta illud, auferte iſta hinc. Ioan. 2. Et illud, quem
occidiſtis inter templum & altare. Matth. 23. Et perſonis, quia aliud eſt peccare in deum, aliud in paren
tem, aliud in fratrem, proximum, aliud in extraneum. Item quando ſeruus peccans, multa bona conſe-
quut⁹ fuerat a domino ſuo, ſicut dictum eſt ad Dauid, ego te tuli, &c. 2. Re. 12. Ita dicit Paul⁹. 1. Cor. 10
Nõ ſimus cõcupiſcentes malorum, neꝗ fornicemur &c. Et infert apoſtolus. Hæc autem in figura facta
ſunt noſtri: qui certe ignorãtiam pręrendere nõ poſſum⁹: ad excuſandas excuſationes in peccatis, cũ non
clam nobis ſit, ſeruos illos de fornace ægypti eductos donatos libertate pro ſua in deum ingratitudine
ps. 140. & corde adamãtino talia ſuſtinuiſſe, qualia deus nõ fecit omni nationi. Aliud eſt enim preceptum trãſ-
ps. 147. gredi, aliud trãſgreſſioni cõtemptum annectere. Vnde illud. Deſperaui, nequaꝗ faciam. Hiere. 2. Suade- G
batur autem a marito, vt adultera reſipiſceret. Cũ igitur dici, deſperaui: intellige ꝙ nõ ignorans peccat,
ſed volens & ſciens manũ mittit in prunas, & prudens iuxta prouerbiũ, id quod eſt malorũ maximum
vnde vapulauit multis. Vnde illud Exo 33. Iam nõ depone ornatũ tuum, vt ſciam quid faciã tibi. Nõ ꝙ
prouerbiũ deus ſcientiã mendicet a rebus, ſed abiecto cultiori ornatu, & aſſumpto cilitio & cinere, iuxta menſurã
cõtriti cordis eorum qui tãto ſe ſcelere morte deuouerãt, liquere poterat facile, quãtum populo idolatræ
auferendũ erat de pęna imponenda a domino pro peccato illo, quo vitulo hoſtias immolarũt, dicẽtes, iſ-
Abulenſis ti ſunt dij tui, dignũ patella operculum. Iuxta menſurã enim delicti & medicinę acrimonia apponitur.
Deut. 25. Vnde illud. 2. Re. 7. Arguã eum in virga virorũ, & plagis filiorũ hominum. Horũ duorum prius refertur
ad gladiũ inimicorum: dura plaga: poſterius aũt ad incomoditates corporum humanorum: febres: peſtes
1. Cor, 11. quibus pro peccatis ſuis homines a deo corripiũtur: ne cũ hoc mundo dãnẽtur. Seruus igitur ſcienter pe-
ccans: flagellatus gladio inimicorum, ſicut Dauid qui prudens rapuit vxorẽ ſerui ſui. Vide ſentẽtiam latã
Figura. contra eum. 2. Re. 12. Ignorãter peccauit qui flagellat⁹ eſt plagis maximis ꝓpter ſublatã vxorẽ ipi Abrã
Geneſ. 12 ſed ipſe ſororẽ ratus eſt, dicente illa de viro ſuo, frater meus eſt. Plagę iſtę iuxta Hebręos hę ſunt, ꝙ cõ-
cluſit deus vuluas ancillarum & ouium regis ne cõciperent, donec re intellecta, vxorem viro ſuo reddi-
dit. Dicamus aũt in laudem Sarę caſtiſſimę fęminæ. Ecce enim ſi ipſa diceret, vir meus eſt Abraham, ille
occideretur, & illa ſeruaretur & ex vxore vnius priuati hominis fieret vxor tanti regis. Sed dei prouiden-
tiam falli impoſſibile eſt. Habes aũt & 1. Re. 3. De altero ſeruo ſacerdote licet, qui prudẽs & ſciens pecca
bat ſicut ſcriptum eſt. Prędixi Heli ꝙ iudicaturus eſſet domum eius in ęternum (ecce vapulabit multis)
eo ꝙ nouerat indigne agere filios ſuos (obſerua verbum hoc, eo ꝙ nouerat) & non corripuerit eos. Ipſe
igitur corripietur plagis virorum, quia filios non corripuit, quos certo nouerat iniꝗ agere: & ſi corripuit
nõ ſeuere emendauit, ſed eneruiter & verbis effęminatis, ideo vtrunꝗ vna die amiſit in bello, ipſe ſub
eodem momento audiens captã arcã dei: cadens retrorſum e ſella in qua ſedebat, fractis ceruicibus, mor- I
tuus eſt, 1. Reg. 4. Sed & in hoc ſeruus hic vapulauit multis, ꝙ iniquitas domus Heli nullis muneribus ex
piata eſt, quia nullus de filijs ſuis ſucceſſit ei in ſacerdotij functione, quod ipſe tenuit annis quadraginta
quia vterꝗ filius gladio occubuit Philiſtijm. **Omni autem cui multum datũ eſt: multum quæ-**
**retur ab eo: & cui cõmendauerunt multum plus petent ab eo.** Quo ſermone illud videtur
innuere dominus, ꝙ qui gregi chriſti pręfecti ſunt, onus ſuſceperunt verius ꝙ honorem & qui quinque ta-
lenta acceperit, totidem redditurus eſt rationem, & ratio hec ad viuum exigetur. Vnde illud. Vę mihi ſi talentũ cõcreditum tenuero in ſudario, Luc. 19. Vnde illud Iacob ad La-
1. Cor. 9 ſi nõ euãgelizauero. Vę mihi
Geneſ. 31. bã ſocerum. Oues tuę & capręſterıles nõ fuerunt, omnes gemellis fętibus, & ſterilis nõ eſt in eas. Cũ
Geneſ. 30. Sed & illud refert noſſe. Iacob propoſitis virgis ex parte nudatis a cortice, faciebat vt oues parerent ſęt⁹
maculoſos & reſperſos. Sed Iacob ſuis tantum cõmodis ſeruiebat nõ ſoceri, cuius erãt greges. Decorti-
Gregorius care virgas ex parte iuxta Gregorium nihil aliud eſt iuxta myſticum ſenſum, ꝙ ſacrę ſcripturę in parte K
ſeruare veritatem hiſtorię, & in parte requirere ſenſum allegorię, id quod Paulus multis in locis ſtrenue
& feliciſſime facit, vt eſt illud verbi gratia, ſcriptum eſt, ꝙ Abraham duos filios habuit. &c. Gal. Ca. 4
Et illud, maledictus qui nõ permanſerit in oibus quę ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Gal. 3. Et in
ra quę habẽtur. 1. Cor. 10 Et ad Rom. Ca. 9. 10. & 11. Et pene innumera per omes epiſtolas ſuas numero
quartodecimũ. Quod igitur dicit, cui multum datum eſt, ad ſcientiam legis refertur, quę poſita eſt prout
dentia ſaluatoris mundi, in ore ſacci noſtri Beniamin. Geneſ. 44. Quod autẽ dicit, & cui cõmẽdauerunt
multum, ad

EL COLEGIO de JALISCO

multū,ad oues refertur,quę traditę ſunt ſodalibus veri paſtoris,alij plures:alij pauciores,nulli omnes,ni
ſi forte Petro & eius ſucceſſoribus. Non enim negādū eſt eſſe aliquas oues chriſti in aliquo orbis angu-
lo & receſſu,quibus tamen de chriſto non eſt annūciatū,de quib⁹ ſcriptū eſt,reliqui mihi ſeptē milia,&c
3.Reg.19. Ad omnes igitur qui ouibus chriſti pręſunt dicit Paulus. O Timothee depoſitum apud te cuſ-
todi,quia cui multū cōmendauerunt,plus exiget ab eo.1. Tim,6.Quę enim poteſt eſſe excuſatio paſto-
ris,ſi pellē oſtēdat domino?Eruebā inquit de ore vrſorū.1.Reg.17.At qui o bone paſtor Dauid claman- 1.Reg.17.
dū erat id.ꝑ ſępe ſępius ne oues pręoccuparentur a lupis leonibus & vrſis.Fili hominis ſpeculatorē dedi Figura.
te domui iſrael,& audies de ore meo verbū,& annūciabis eis ex me.Vide Ezech.Cap.3.Satis optime.
Sed quomodo clamabant,qui relictis ouibus,curias terūt?Vę mihi quia tacui.Eſai.6.Ignē enim ve- Luc.12.
ni mittere in terram:& ꝙ volo vt accendatur. Baptiſmate autem habeo baptizari:
A & quomodo coarctor vſq; dum perficitur.Ignis hic ille eſt de quo dicitur,ſemper ardebit in al Leui.6
tari meo. Explicat autem his verbis deſiderium ſalutis humani generis quā dominus ſumme deſiderabat
& eius deſiderio omnis mora lōga erat.Quod ſi ignis hic quē de cœlo attulit nō arſit in omnes;nec vim Luc.14.
ſuam explicuit quoquo verſus,nō per dominū ſtetit,qui vult omnes ſaluos fieri, vult omnes ardere deſi
de rio cœleſtiū,ſicut corda illorū qui cōtēdebant in Emaus,ſed quia multi ardentes igne cupiditatis,fu-
giūt flamas charitatis.Dominus aūt ignē oppoſuit igni ſicut ſcriptum eſt:aſſumpto thuribulo & impo Num.16
ſito igni,occurre igni vaſtāti populū,ignis igitur doctrinę euāgelicę aut purgabit(deus enim ignis cō-
ſumens eſt.Deut.4)Hominē ab omni terreno deſiderio;vt impleatur illud,de excelſo miſit ignē in oſſi Treno.1
bus meis,& erudiuit me,aut ęterno igni adiudicabit incredulos,ſicut ſcriptum eſt,ite in ignem ęternū/ Figura.
maledicte.Matth.25.Dicit aūt dominus per Ezechielem Cap.22.Verſa eſt mihi domus iſrael in ſcoriam
omnes iſti ęs:& ſtānū & ferrū & plūbū in medio fornacis ſcoria argenti facti ſunt.Sequitur.Eo ꝙ verſi
B eſtis in ſcoriam,ego congregabo vos in medio fornacis:& ſuccēdam vos in igne furoris mei:& cōfla-
bimini vt conflatur argentū in medio fornacis.Sed iſti malo ſuo conflati ſunt,vrbe ſubuerſa,incenſo tē-
plo,illis partim occiſis ferro,partim vēditis:partim in captiuitatē adductis,Sic miſſo igne in oſſib⁹ eo-
rum,in viris bellatoribus,in ſacerdotibus & in principibus,apprehenderunt diſciplinam,pęna ignis & Ambro.
captiuitatis aperiente eorū intellectum.Ad hęc Ambroſius.Vtinā impleat dominus verbū ſuū,vt hic cō
flemur,vt exurat lignū fęnū & ſtipulā,& quicquid eſt ſęculare conſumat,graue plūbum iniquitatis qd
in pleriſq; eſt,liquefiat igne diuino,& ferreus quidē peccati rigor ſuperno molleſcat incendio:& nō ca-
dabis feruemur ęternis:& olle ſuccenſę iuxta Hiere.Cap.1.Bonus eſt igitur ignis iſte,quo vaſa aurea &
argenta pulchriora reddūtur,omni conſumpta ſcoria,quo & omne corpus eccleſię in mutuam adoleſcit
cōcordiam. Eſt aūt & alienus ignis quē diabolus accēdit ex eo quē ſecū portat ſemper, quē accendentes Origenes
filij Aarō,ſtatim mortui ſunt. Leui.10.Origenes.O infęlicem animā:cuius fidei ignis extinguitur(Lam-
C pades noſtrę extingūtur:Matt.25)& refrigeſcit charitatis calor,ad quā cū venerit cœleſtis pōtifex,quę-
rens ab ea igneos carbones ſuper quos incenſum offerat patri,nihil inueniſt pręter aridos cineres & frigi
das fauillas.Sūt aūt multi quos inflāmat furor,exurit libido,incendit fornax auaritię:ſed omnis iſte ig- Leui.10.
nis alienus eſt a deo,quē qui accendit,ſententiam Nadab perferet,audiet enim ambulate in flāmis quas Tranqllus
ſuccendiſtis vobis.Eſai.50.Audi miniſtrū vnum fornacis Babylonicę.Nero nec populo aut mœnibus pa-
trię pepercit.Dicēte enim quodā in ſermoni cōmuni,me mortuo,terra miſceatur igni:imo inquit,me vi
uēte,planeq; ita fecit.Nā quaſi offenſus deformitate veterū ędificiorū & anguſtijs flexuris ꝙ vicorum
incendit vrbē,vt pleriq; cubicularios eius cū ſtupa tędaq; in prędijs ſuis depręhenſos non attigerint,per
ſex dies ſeptemq; noctes ea clade ſęuitum eſt,ad monumentorū Buſtorūq; diuerſoria plebe cōpulſa.Ar
ſerūt domus priſcorū ducū,hoſtilibus adhuc ſpolijs adornatę,deorūq; ędes ab regibus ac deinde punicis
bellis notę dicatęq;,& quicquid viſcendū atq; memorabile ex antiquitate durarat hoc incendiū e turri
D proſpectās,lętusq; flamē vt aiebat pulchritudine,cātabat iteri haloſin.i.expugna troię i habitu ſcenico.
Videbat aūt Nero cōdēdę vrbis nouę & cognomēto ſuo appellāde gl'iam quęrere.Quippe in regiones
14/Roma diuiditur,quarū quattuor integrę manebāt:tres ſolo tenus deiectę pro ruptisq; per immēſum
ędificijs,vt cōtinuę violentię cāpus,& velut vacuū cœlū occurreret.Septē reliquis pauca tectorū veſti-
gia ſupererāt lacera & ſemiuſta.Domuū & inſularū & templorū quę amiſſa ſunt numerum inire,haud
prōptum fuerit.Iā opes tot victorijs quęſitę,& grœcarū artiū decora,monumēta ingeniorū antiqua &
incorrupta,multa omnino deſiderata ſunt.Hominū fœminarū paruulorū quot interierūt magis incertū,
& multo copioſior numerus ꝙ domorū.Abolendo aūt rumori quo ferebatur iuſſu Neronis ignem ſu-
ppoſitum:Nero reos ſubdidit chriſtianos videlicet,& exquiſitiſſimis pœnis affecit:de quo dicetur alias.
Roma autem impendio Neronis breui reparata eſt.Vę tamen illis qui incendio abſumpti ſunt.Corne- Romani.
lius tacitus.Cęterū Romani lichnū nō extinguebant,ſed per ſe langueſcere ſinebant,illud inuentes nō
oportere quod animatū ſit:niſi noceat corrūpere ne ve interficere,quaſi animal ignis ſit(quod & opina
E ti ſunt ægyptij)nec immerito,nam & alimento indiget:& per ſe mouetur,& cū extinguitur velut ſi oc-
cidatur vocem emittit.Denique ignem eſſe quid diuinum poetarū fabulis celebratū eſt:cū dicūt prome-
theū cōſilio vſum Mineruę ignem e cœlo ioue inſcio rapuiſſe:hominibusq; dediſſe.De veſtalibus ma-
nifeſta eſt hiſtoria:quibus cura ſumma eſt ignis ſeruādi ne intereat quod Romani ſuper omnia timebāt Leui.6.
interitū vrbis id aſſumētes omen:id quod ſacerdotū referebat iuxta legem.Quod ſi forte fortuna extin-
ctū fuerit,nouū excitant ex fomētis & ſolari radio in vaſe triangulari,id quod eccleſia quot annis facit
in ſabbato pręcedente paſcha:quia & die pręcedenti percuſſo ſilice id eſt lapide qui fecit veraq; vnum;
moriente vita:ignis excitatus eſt in mentibus credētiū.Itaq; nobiliſſimum quoddā ignis extitit in ipſa Ephes.2.
natura:&

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

natura:& m[illegible]tio quędã vel cũ motione totius generatio. Alia vero materia quę calore vacat, ocioſe ig
nauiterq́ vacãs & cadauere ſimilis, ignis virtutem tanq̃ animam cupit, & paulatim ſuſcepto igne, ad
agendum quid vel patiendum vertitur. Nũma igitur vir ſapiẽtiſſimus qui in colloquium cum muſis per
ſapientiam veniebat hunc cuſtodire ignem quaſi cęleſte quid perpetua vigilia ne corrũperetur voluit,
tanq̃ ęterna virtus quę omnia ſeruaret eſſet inſtitutis veſtalibus. Sed multo antiquior eſt legis traditio.
Numa. Siquidem Numa Pompili⁹ regnauit poſt Romulũ. Regnabat aũt apud hębreos Ezechias tempore Ro
muli, qui fuit quintus decimus rex a Saul. Numera ergo tempora regum/15/& oium iudicum iſrael ante
quorum principatum ignis ſeruare pręceptus eſt. Leui. 6. Et videbis quanto antiquior eſt diuina ſanctio
Prouer. 30. de igne ſeruando, & quem vult vt ſemper ardeat & latius graſſetur in corde credentium, ignis enim hic
charitas eſt, quę nunq̃ dicet, ſufficit, imo tunc perfecte ardebit cum venerit quod perfectum eſt. 1. Cor. 13
Et baptiſmate habeo baptizari de quo dicendum Matth, 20. Ibi, poteſtis bibere calicem. Quod autem
dicit, & coarctor donec perficiatur, ingens explicat deſiderium manducandi nobiſcum ſuum illud paſcha
nouum & mirabile, in quo amans tranſit in amatum. Vnde Petro dicenti: domine ſi percutimus in gla-
Pſ. 108. dio hos ſatanę miniſtros: qui reponunt odium pro dilectione: reſponſum eſt. Quid agis o Petre? Calicem
quem dedit mihi pater non vis vt bibam? Ioan. 18. Denique męſticiam illam voluntarię aſſumptam quã
inter orandum prę ſe ferebat, nõ ex metu mortis ſuę (vita enim erat amicta pellibus hędorum, Gen. 27)
ſed mora redemptionis noſtrę aſſumpſerat vnde augebatur & coarctabatur valde, donec operi ad qđ
Ioan. 19. miſſus fuerat culmen imponeret: dicens conſummatum eſt. Spes autem quę differtur, affligit animam.
Prouer. 13. Sic itaq́ amor ipſum ſtringebat, vt omnis morula ipſi (oppoſitum legimus de Iacob) lõga vi
deretur. Q̃z primum igitur chriſtus dominus ſuo proprio ſanguine baptizatus, torcular calcauit ſol⁹, &
cinctis veſtibus viſus in cruce, accenſus eſt ignis ille diuinus, eatenus q̃ exarſit, vt dicat Paulus. Mors q̃
Eſai. 63. dem vltimum eſt omnium terribilium, tamen amodo pro iuſto & bono forſan quis audebit mortẽ ſub
Rom. 5. ire, quam iuſtus & bonus dei filius pro impijs libentiſſime ſuſtinuit, & adeo libenter, vt dicat, coarctor
donec perficiatur. Chriſtus enim ab inſtanti conceptionis ſuę meruit nobis, quia ab illo inſtanti habuit
meritum paſſionis, & in illo interiori actu conſiſtit principaliter ratio meriti, licet actus exterior aliquid
bonitatis addat ſuper actum interiorem Scotus in. 4. Diſtin. 2. Vnde videbantur Chriſto anni/33/quaſi
Luce. 13. eſſent anni tria milia, prę amoris magnitudine. Aderant autem quidam ipſo tempore nunti
tes illi de galilęis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorum: & reſ
pondens dixit illis. Putatis q̃ hi galilęi prę oibus galilęis peccatores fuerunt, quia
talia paſſi ſunt. Non dico vobis: ſed niſi pęnitentiam habueritis: omnes ſimiliter pe
ribitis, ſicut ille/18/ſupra quos cecidit turris in Siloe: & occidit eos, Putatis q̃ & ipſi
debitores fuerunt pręter omnes homines habitantes in hieruſalem? Nõ dico vobis
Theophy ſed ſi non pęnitentiam habueritis: omnes ſimul peribitis. De hoc ita dicit Theophylactus
Docebat Iudas Galilęus de quo Lucas in actis, Cap. 5. Non ferendum vllum omnino hominem domi
num dici, neq́ honoris vel modeſtię gratia, & ne regem quidem ipſum. Vnde & multi ipſorum grauiter
feriebantur: qui & docebant: ſacrificia a Moſe conſtituta non offerenda, eo q̃ pro Ceſare & Romano
rum gente fierent ſacrificia. Veriſſimile eſt igitur Pilatum ob hec indignantem, iuſſiſſe occidi Galilęos
illos ſuper ſacrificia quę ab eis prohibebantur fieri pro Romanorum gente, & ita commiſceri ſanguinẽ
eorum ſanguini ſacrificiorum. Vos inquit prohibetis immolari pacifica pro ſaluti Romani populi, vos
ſimul immolabimini cum pecudibus, & ſanguine veſtro placabitis numina Romanorum. Itaq́ quoni
am erat enorme quod patrarant (vti viſum eſt Pilato) ad terrorem omnium horrendo ſupplicio puniti
ſunt. De quo vide ad litteram. 4, Reg. 10. Hiſtoriam lepidam de ſacerdotibus Baal occiſis in templo in
ter ſacrificandum. Cum ergo galilęi ſacrificarent ritu ſuo, pro ſe ipſis deo vero, inter ſacrificandum occi
ſi ſunt a militibus Pilati. Hec poſitio veriſſimilis eſt. Quod ſi aliter res ſe habeat; illud tamen conſequi
tur ex facto Pilati, enorme fuiſſe peccatum eorum, in quos tam ſeuere animãduerſum eſt. Annunciaue
runt igitur hec quidam ſeruatori, vt aliqua ex parte pie facta, volẽtes per hoc diſcere; quid in eo ſibi pla
ceret. Putabant enim quidam, illos iuſtiſſime paſſus: vt pote ſeditioſos, & iritantes Pilatus in odiũ iu
dęorum: eo q̃ vrgebant, cæſarem non appellandum dominum id quod in totius iudæorum gentis inco
modum cedebat. Applaudebant autem ſibi, vt videtur: qui hec referebant, & quaſi manus ſuas lauabãt
in ſanguine peccatorum illorum, quaſi ipſi nihil tale perpetraſſent, quia non ſimili pęna luebant. Qui
bus obſtat Chryſoſtomus dicens. Multi & hoc tempore talia perperrant: qualia ſodomitę: nec ciuitates
Pſ. 57. eorum ſuberruntur. Geneſ. 19. Et multi talia qualia illi de tempore Noe; nec tamen diluuio ſubmergun
Chryſoſt. tur. Idem dici poteſt de Pharaone indurante cor ſuum & ſubmerſo in mari. Multi murmurant contra de
um nec tamen mordentur a ſerpentibus. Num. 22. Multi immolauerunt filios ſuos dæmonijs: quorum ſan
guinem nullus miſcuit cum ſacrificijs eorum infandis. Ideoq́ vos ne puteris galilęos hos prę omnibus pe
ccatoribus huius ſęculi facinoroſos fuiſſe, quia inopinata morte ſublati ſunt. Non enim ideo mors co
rum mala cenſenda eſt, quia repente occiſi ſunt, ſed quia male vixerunt. Vos autem peſtillente flagella-
Prouer, 19. to, apprehendite diſciplinam: ne forte iraſcatur patientia dei: & pereatis ſicuti & illi. In illis ergo qui ſu
blati ſunt videte ſeueritatem dei, in vobis autem quibus deus miſericordię tempus prorogat, videte bo
nitatem, alioqui niſi pęnitentiam egeritis, & vos excidemini: iam enim ſecuris ad radicẽ poſita eſt. Lu. 3
Rom. 11. Excidemini inquam ſicut & illi duodeuiginti: ſuper quos cecidit turris &c. Vnde illud Oſeę. 13. Occurrã
eis quaſi vrſa raptis catulis. Quando? Hieronymus. Quando ducentur captiui in Aſſirios. Aiunt q̃ beſ
Hierony. tiarum ſcripſere naturas; inter omnes feras nihil eſſe vrſa ſęuius; cum perdiderit catulos; vel indiguerit
cibus. &c

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

cibis. Et non ſolum occurret eis quaſi, ſed in omnia animalia fera quę nutriuntur in ſaltibus dicit ſe eſſe
vertendum, quando ierint ad Aſſyrios, ne cũ ibi dura fuerint perpeſſi, non potentię & indignationi do
mini: ſed hoſtium fortitudini aſſignent miſerias ſuas. Horrendum eſt ergo incidere in man⁹ dei, qui tamẽ Hebre. 10.
ſeipſum gallinę ſimilem facit: Matt. Ca. 23. Itaq; iſti qui occiſi ſunt a Pilato, & illi ſupra quos turris ce
cidit, peccatores quidẽ erant: nec tamen ſoli illi erant, quia ſtultorũ infinitus eſt numerus. Puniti ſunt au-
tem in exemplum noſtrum, in quos fines ſęculorum deuenerunt. 1. Cor. 10. De hoc vide. 2. Macha. 3. De Eccl. 1.
Heliodoro flagellis vſq; nimis cęſo, quia cõpilare voluit tẽplũ dei. Cæterũ vita corporalis non eſt maxi
facienda: q̃ ã multi ne turpiter viuerent, imo vt fælicius cũ chriſto viuerent: nauci fecerint. Preneſtũ oppi
dũ ſylla cum vi cępiſſet: ciueſq; omnes ad vnũ necandos conſtituiſſet, vnũ illum qui hoſpes eius fuerat Sylla.
hoſpitij nomine exemptum voluit. Ille contra, nolo inquit occiſori patrię ſalutis acceptę gratias habere,
ſimulq; ciuium ſe turbę immiſit: & vna cum reliquis trucidatus eſt. Vos tamen nolite abuti patientia
A dei, qui pote corpus & animam perdere in gehenam. Matth. 10. Qui q; fecit ſemper omnia quęcunq; vo
luit in cœlo & in terra. Pſalm. Cap. 113. Cuius voluntati potentiſſimę reſiſtere poteſt nemo. Qui reſpicit
terram & facit eam tremere. Columne enim cęli contremiſcũt & pauent ad nutũ eius teſte Iob. Cuius
potentiam etiam ipſi dęmones experti credunt & contremiſcunt vt Iacobus refert.

Caput. ix. De ficu infrugifera annis tribus, quę iubetur ſuccidi: ſed p̃
ce agricolę ſequitur vno adhuc anno. De muliere, quę cœlum aſpicere
omnino non poterat: ſanata a domino: & de archiſynagogo indignã
te ſuper hoc. Et quid audiuit ex ore Chriſti domini.

B

Dicebat autem & hanc ſimilitudinem. Luce. Capite 13. Arborem fi- De q̃ Da-
cum habebat quidam plantatam in vinea ſua: & venit quęrens niel Cap. 10
fructum in illa: & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineę.
Ecce anni tres ſunt: ex quo venio quęrens fructum in ficu hac: &
non inuenio. Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat?
Hac Dominus Chriſtus ſimilitudine: confirmat pręcedentem ſententiam, illam
videlicet: q̃ Deus multis modis duritiam adamantinam cordis noſtri mollire ge-
ſtit: nunc ablandiendo: iuxta illud, qui laboratis venite ad me: Matthęi. Capi-
te Vndecimo. Audite me qui portamini a mea vulua. Eſai. Capite. Quadrageſſi- Deut. 32.
mo ſexto. Nunc terrendo, iuxta illud: viuo ego in æternum: ſi acuero vt fulgur gladium meum, red-
C dam vltionem hoſtibus meis. Quod ſi nec ſuadendo blandiendo & demulcendo: nec minitando & prouerbiũ
deterrendo: commutamur in melius, ſed in deterius proficimus iuxta prouerbium: Mandrabuli mo-
re res ſuccedit: funditus iubet nos exterminari de terra. Natum eſt autem prouerbium de Mandra-
bulo: q̃ homo iſte cum theſaurum reperiſſet, primum auream ouem poſuit Iunoni Samię: proxi-
mo anno argenteam: tertio ęream. Adde quarto nullam. Quid ſi quinto oblata omnia ſubripuiſ-
ſet. Ita dixit Menedemus: per multos Athenas venire ſtudij cauſa, principio ſapientes: deinde Phi-
loſophus: poſtea rhetoras, poſtremo idiotas euadere. Hęc eſt ſtatua illa famoſa Danielis. Dixit au-
tem Plato. Si quis ſeipſum vincat: omnium victoriarum tum prima tum optima eſt. Rurſum ipſum Ps. 51.
ſeipſo inferiorem eſſe: omnium & turpiſſimum eſt & ignauiſſimum. Vnde illud. Deſtruet te Deus
& emigrabit de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iuſti & timebunt
& ſuper eum ridebunt. (Vt canit Propheta regius, Pſalm. 51.) Timebunt iudicia Dei abyſſum
multam: ridebunt quia gratia Dei pręuia & comite, dederunt fructum ſuum in tempore ſuo. Bene Gene. 3.
D in tempore ſuo, quia ficus hec tota degenerauit in folia: etiam expectante Domino Ieſu Chriſto an-
nis tribus: forte & triginta folia[.] autem non cooperuerunt verenda patrum noſtrorum. Qui au-
tem folia non poma de ficu carpſerunt: eliminati ſunt a paradiſo delitiarum. Venit igitur ſecundus
Adam, & iam non folia ſed fructum quęrebat. Requirebat autem non q̃ Clam illum eſſet ficum
a fructu vacuam eſſe: ſed vt oſtenderet in figura: q̃ iam ſynagoga fructificare deberet, que tot annis
luxuriauerat in folia. Denique ex ſequentibus docet, non ſe ante tempus veniſſe. qui per triennium Hieron.
venit. Venit autem, quia fame laborabat, & deſiderio ſalutis humanę. Vnde illud Mich. Capite Sep
timo. Ficus immaturas deſiderauit anima mea: quaſi dicat. Non inueniens panem, pręfamis mag-
nitudine, quiſquilias & furfures requiſiui. Quid autem intelligat Dominus noſter Ieſus Chriſtus per Eſai. 5.
ficus immaturas: ipſe exponit dicens: non eſt iuſtus in terra. Vbiq; inſidiæ & fraus, innoxius ſanguis
effunditur: pre auaritia & libidine germanitas ignoratur. Et non ſolum faciunt, ſed defendunt quo-
F q̃ mala: & nominibus commutatis, bonum dicunt quod malum eſt. Princeps poſtulat, & iudex
annuit: ſic alium iudicaris: quomodo ipſe ab alio iudicatur: vt pręſtent ſceleribus ſuis mutuum fa-
uorem, (mutuo muli ſcabunt,) & in alterius crimine ſe defendant. Hi ſunt fructus ficus huius quam
Dominus Chriſtus plantarat manu ſua, quę vt videtur iam degenerarat in caprificum. Qui igitur trãſ-
greditur naturalem legem, decalogum Moſi, pręcepta euangelica, ficus eſt ſterilis. Ficus hec maledicto Hab. 3.
proxima eſt, niſi aliquis propitius agricola prece ſua iram Domini ad clementiam incliner dicens, cum
iratus fueris, miſericordię memor eris: dicens, Ego parcã Niniue ciuitati ppter 120. millia caprificos quę in
Kk ea ſunt.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Ionę 4. ea ſunt, ad quos nullus agricola te pręter o Iona miſſus eſt, & ecce quot Calathos ficuū bonarū bonarū
Figura. valde reportaſti per triduum quo inibi fuiſti, ſinagoga autem poſt tres annos nihil aliud profert quam ficus
malas malas valde, eo quod comedi non poſſunt. Vide Hiere. 24. Audi alterum agricolam interuenientē pro
ficu. Nū. Cap. 14. Dicente domino, feriam eos peſtilentia atque conſumam, te autem faciam principē ſu-
per gentem magnam (neſcio quam) & fortiorem quam hec eſt, reſpondit agricola. Bene ſe habet res. Vt au
dient ęgyptij de quorum medio eduxiſti populum iſtum: & habitatores terre huius, qui audierunt, quod tu
domine in populo iſto ſis, &c. quibus verbis iram domini ad clementiam deflexit. Seruata eſt igitur fi
Luc. 4. cus prece agricolę anno vno placabili, hoc eſt vſque ad tempus Titi & Veſpaſiani, quādo radicitus euul-
Treno. 1. ſa eſt de terra ſua, & ſedet quaſi vidua domina gentium, facta non tributaria ſed ancilla, ſine rege, ſine
ſacrificio & ſine templo Oſeę. 3. Cum igitur dicit: ſuccide eam, cōminatoria ſententia eſt, nō edictū ſentē
tię latę (ſicut illud: niniue poſt tres dies ſubuertetur. Ionę. 3.) ſed prędicentis quid paſſura ſit, niſi pro fo-
lijs fructus primi temporis proferat. Diceti ergo dño, ſuccide eam, vt quid vel terram onerat? (Quo verbo
oſtēdit infrugiferā ficū nō ſolū indignā ſtercoratione & cultura verū etiā & loco quē occupabat) apti-
or perfecto nutriēdo igni, ſicut ſcriptū eſt, oīs arbor acarpa exciditur & in ignē mittitur. Reſpōdit agri
cola: dñe dimitte illā & hoc anno: vſque dū excodicē illā: & mittā ſtercora. Et ſiquidē
fecerit fructum (non eſt ſuccindēda) ſin autē in futuro ſuccides eam. Gręca vox κοπρία, co-
pria ſtercorationem ſonat magis quam ſtercus. Et ſtercoratio nō ſolū fit ex animātiū excremētis verū etiam
e ſtipulis culmis aut terrę medulla. Quod autē dicit, ſin autē vel ſiquidē fecerit fructū: ſub audiēdū eſt, dimi-
ttemus illā aut aliud cōmodius. Eſt enim ecclypſis, ſiue anapodotō, ſicut illud, quos ego, ſed motos. Et
3. Reg. 20. illud, ſi cognouiſſes & tu. Luc. 19. Et illud, quęcūque iurauimus in nomine domini. Ad hęc Theophy. Di-
Theophy mitte illam horno. Cultor vineę vel cuſtos noſter angelus eſt, vel etiam homo ipſe: ſuę enim vineę quiſ
que cultor eſt. Sępe igitur cū in letales morbos vel alia pericula incidimus, ſine o domine dicimus etiā hoc
Photion. anno & pœnitiā agemus. Phocion princeps cum aliquando a ſuis reprehenderetur, quod hominē improbū
Roma. 1. in iudicio defendiſſet, at nemo bonus inquit eiuſmodi patrocinio eget. Licet enim malos tueri & lacta
re, idem ſit quod male facere iuxta Paulū, nō tamē vt hoc fugiendū eſt, ita habendū eſt religioni cōtrariū
nocētē aliquādo & nefariū defendere. Vult hec multitudo, patit cōſuetudo, fert etiā humanitas. Iudicis
Tullius. enim teſte Tullio ſemper in cauſis verū ſeq, patroni nō nunquam veriſſimile, etiā ſi minus ſit verū. Quid eſt
Ioel. 1. aūt, donec mittā ſtercora circa illā? Stercora hec ea ſunt: in quibus hoīes cōputruerūt velut iumēta, quę tūc
circa ficū aggregantur, cū peccata reducūtur ad memoriā: vt vel pudore ſuffuſi, cōuertamur ad melio-
rem frugem, iuxta illud, cogitaui vias meas, & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. Audi agricolam
mittētē ſtercus circa ficum, Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Hiere. 2. Et Cap. 3. Leua oculos
in directum, & vide vbi nunc poſtrata ſis. Tu enim polluiſti terram malitijs tuis Sequitur. Quamob
rem prohibitę ſunt pluuię. Si ergo peccatis huius meretricis quę ad omnes ſine rubore facta eſt, benedi-
ctio dei a rebus ablata eſt, vt pluuia non deſcendente, non eſſet germen in arboribus, quanto magis fi
ipſa ſterilis eſt, quę ſterilitatem terrę induxit? Impinguatur igitur fimo ſuo agricolę opera, & circunfo
ditur clauis timoris ęterni ignis quandiu ſecuris appoſita non ferit, dicente domino, ne extendas man
Deut. 32. ſuper puerum, neque facias illi quicquam. Geneſ. 22. Ego occido, vt viuificem. Aliquando autem incidimus fi
Dani. 4 cus: ſed iuſticia clementię admixta, iuxta illud, radices in terra ſinite. M. Varro principatum dat turdo
rum fimo ex auiarijs. Proximum columella columbarum: poſt columbas capratum, ab hoc ouium, dein
de boum, nouiſſimus iumentorum. Nuper repertum oleas gaudere maxime cinere & calcarijs fornacib.
Inter omnes autem conſtat: nihil eſſe vtilius lupini ſegete, priuſquam ſiliquetur aratro: vel videntibus ve
ſa, manipulis ve circa radices arborum vel vitium obrutis. Faba etiam ſtercorat. Lino ſegetē exuri &
Gregorius uena & papauere Virgilius aſſeuerat. Gregorius. Ex ſtercore igitur ad fructum reuiuiſcit arbor, quia
conſideratione peccati homo ad bona opera excitatur: ſicut habes. Nū. 17. De ligno arido, quod ante ar
Gene. 15. cam dei poſitum, ſub vna nocte protulit folia, flores & fructus. Sin ſecus: in futurum ſuccides eam, non
enim implete ſunt iniquitates Amorreorum Iudęorum, donec mittant manū in heredem vineę. Mat.
De his Amorreis habes Geneſ. 15. Item Deut. Cap. 32. Conſtituit terminos populorum iuxta numerum
filiorum iſrael. Hoc eſt conſtituit terminos Chananęorum Eueorum, Amorreorum & cęterorum vſque
vndecim gentes ſecundum multitudinem filiorum iſrael. Iſti enim populi ſeparati ſunt, vt cum im-
Hiere. 24. ſſent peccata, terra eorum cederet filijs iſrael poſſidenda. Abulenſ. Et ficus iſtę rationales ſunt, po-
ex ſycomoris fieri (accedente cultura) ficus bonę valde. Qui autem terram inutili vmbra obnu-
nec, nulli frugi, quomodo cœlo dignum putamus? Iſti ergo exterminati ſunt & ad inferos deſcenderunt
Cap. 22. nec, nulli frugi Iſti vocantur apud Eſaiam galli gallinacei, quaſi in fecundi & ſteriles. Ambroſ. Quod
Ambroſius Baruch. 3. Cap. Iſti vocantur apud Eſaiam galli gallinacei, quaſi in fecundi & ſteriles. Ambroſ. Quod
de propoſitis dictum eſt, omnibus cauendum arbitror, & nobis maxime, ne fecundum Eccleſię locum
vacui meritis occupemus, qui quaſi malo granata benedicti, fructus ferre debemus internos muros cha
ritatis, ſub vno vtero matris eccleſię concluſi: ne aura noceat, ne grando decutiat: ne ęſtus cupiditatis
exurat. Sine igitur illam Domine & hoc anno: vincens in bono malum: donec experiar
Rom. 12. curam: & explorem num vitio ſoli ſterilis ſit. Quod ſi & hoc anno luſerimus operas noſtras, exci-
Prouer. 19. des eam: ne ſaltem officiat vineę, & caſtigato peſtilente, ſtultus ſapientior erat. Erat autem do
Luc. 13. cens in ſynagoga eorum ſabbatis. Ecce autem mulier quę habebat ſpiritum infir-
mitatis annis duodeuiginti & erat inclinata: nec omnino poterat ſurſum aſpicere.
Quam cum videret Ieſus: vocabit eam ad ſe: & ait illi. Mulier dimiſſa es ab infir-
mitate tua; & impoſuit illi manus: & confeſtim erecta eſt: & glorificabat Deum.

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

Mulier hęc quę imaginem prę ſe ferebat populi gentium formam iumenti induerat. Prona enim cū ſpe- Geneſ.1.
ctent animalia cætera terram, os homini natura mater ſublime dedit, cælumq; videre, & erectos ad ſi- Ouid.1.
dera attollere vultus, quia vita eius ex inſpiratione cępit diuina. Hęc autem omnino cœlum intuere nō Meta.
poterat, quia creatorem non agnoſcebat; dicente vnō ex gibberoſis iſtis: eoq; nō in ſine ſortis Maxima
no Auguſto, quis eſt creator: niſi inuictus Hercules. Proh ſuperi, quaſi cœlum non eſſet & terra & oīs August?.
ornatus eorum ante inuictum Herculem creatorem. Non poterat itaq; aſpicere ſurſum & ſi vellet, quia
quando potuit noluit. Vnde illud alterius gibboſi regis licet, peccaui ſuper numerū arenę maris, & mul- Oratio.
tiplicatę ſunt iniquitates meę, incuruatus ſum multo vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi. Ergo pecca Manaſſes
ta animam ad terram inflectunt, vt ne meminerit creatoris ſui: ſed homo totus more ſerpentis reptet ſu
per terram, qui vt eſſet cæli ciuis conditus eſt. Hinc Auguſtinus. Suſpirabam ligat? non ferro, ſed mea Auguſti?.
ferrea voluntate: velle meum tenebat inimicus, & inde catenam mihi fecerat, & conſtrinxerat me. Ca-
A tena hęc adamantina alibi cor durum vocatur, quod nec compunctione ſcinditur, nec pietate liqueſcit; Rom.2.
nec mouetur precibus: minis non cedit, imo flagellis obduratur pręceps ad omne probrum, pręteritorū Luc.18.
immemor beneficiorum, iniuriarum tenax, pręſentium negligens, futura non prouidēs. Ipſum denique eſt
quod nec deum timet, nec homines veretur. Quę igitur reliqua ſpes huiuſmodi peſtibus? Actum eſt: niſi Luc.13.
qui potens eſt dicat, dimiſſus es ab infirmitate tua. Hęc mulier quam alligarat ſatanas. Chryſ. Vt cōſue- Chryſoſt.
tudinis vires intelligas: illud conſidera; ſiquidem ipſa dei pręcepta non nunq; ſuperauit, imo ipſa quoq; Num.11.
dei beneficia. Nam & iudęi cum māna haberent: allia ſuſpirabant: & cum libertate fruerentur, ſeruitu-
tis recordabantur, & ægyptum ſępe numero expetebat propter conſuetudinem: a deo violenta res eſt.
Ad hęc Auguſtinum ſuper illud, nolite fieri ſicut equus & mulus. Qui cōcupiſcēcias ſuas perſeuerāter ſe Auguſti?.
quuntur, dorſum quodāmodo habent ad deum, quamuis in vnitatem conſtituti ſępe illum retorto collo cō
nentur aſpicere, ſed nullo modo poſſunt. Coguntur enim ſequi quā ducit eos Balaam, niſi interim ange
lus magni conſilij excutiens ſeſſorem iſtum, dicat: dimiſſa es o anima ab infirmitate tua. Omnino inquit
B cœlum aſpicere non poterat. Auguſtinus ſuper illud, clamor ſodomorum multiplicatus eſt. Quia nō ſo- Geneſ. 18.
lum iam apud eos non puniebantur illa flagitia, verum etiam publice velut lege frequentabantur. Pe- Hiere.2.
ccata enim magna cum in vſum venerint, aut parva aut nulla eſſe putātur, iuxta illud, abſq; peccato &
innocens ego ſum, auertatur furor tuus a me. Sequitur. Ecce ego iudicio contendam tecum, quia dixiſti, Hierony.
non peccaui. Per hoc autem magis prouocatur ira dei, non lugere quod feceris, in ſuper & varias excu Prouer.18.
ſationes obtendere peccatorum, contēnere admonentē, ſicut dixit ſpiritus ſanctus peccator cum venerit
in profundum malorum, hoc eſt cum transformatus eſt mente in iumentum, contēnit, dicēte Dauid, ap-
pone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & dorſum eorum ſemper incurua. Vt qui in ſordibus eſt, ſor-
deſcat vlterius. De his qui mundo viuunt: mortui ſunt chriſto Eccleſiaſtes ait. Vnus eſt & ſecundum nō Gene.4.
habet, non filium non fratrem (auarus enim neſcit conſanguinitatis vinculum, dicens, quis eſt frater me
us:) & tamē laborare non ceſſat, terram ſuffodiendo talparum more, nec ſaciātur oculi eius diuitijs, nec
C recogitat apud ſe dicens, cui laboro? Interroga diuitem illum de quo Luc Cap.12. Iſti ergo ſunt qui cęlū Eſai.28.
nō poſſunt aſpicere, q̄a cū inferno pactū fecerūt, & vbi eſt theſaurus eorū, ibi & cor. Matt.6. Hāc igitur
fœminā q̄ primū intuitus eſt dñs, poſuit ſup eā oclos in bonū & nō in malū: q̄ Proſpexit de cœlo humi-
litatē ancillę ſuę. Et hoc quod vidit eā mox ſequutur ę ſalutis omē fuit: nā ſecundo loco vocauit eā ad ſe,
& tertio loco impoſuit illi manus, manus enim illę fecerāt & plaſmarāt illā tota in circuitu, & nūc demū Iob.10.
reſtituerūt in priſtinā formā, ſicut bn̄placitū eſt in oclis figuli. Et illa cōfeſtim vt erecta eſt, & vidit eum
in quē deſiderāter angeli intueri, gl̄ificabat cœleſtē archiatrō, cui? gratuito bn̄ficio a morbo cū diutino
tū & imedicabili exēpta fuerat. Sequit ſerpētina vox iudaicę pfidię & ſterilis ficus. Reſpōdēs autē
archiſynagogus indignās: q̄ ſabbatis curaret Ieſus: dicebat turbę: ſex dies ſunt: in Matt.12.
quibus oportet operari: in his ergo venite & curamini: & nō in die ſabbati. O natio-
nē peruerſam & infidelē, quomō poteſtis bn̄ loq cū mali ſitis: Ita ne more teſtudinū torpēdū eſt in ſabba-
D to, vt nec bn̄ mereri de ęgrotis liceat, & ſanitates donare verbo tātū, & impoſita manu? Quaſi ipſis non
liceret vel ſcalpere caput, vel nares emūgere. Sed cęci erāt. & vere ad terrā inclinati nō annis 18 ſed for-
te quinquaginta: iſti q̄ Archiſynagogi vocabant, & velamē ſup cor eorū. 2. Cor. 3. Hic ergo archiſy-
nagogus inuidia tabidus, & liuore cæcus quaſi rem ſcitu dignam docturus tantus blatero, ſurgit in me- Ioan.1.
dio ppl̄m alloquutus, & manu ſilētiū indicēs: ait. Sex dieb? fecit dn̄s cęlū & terrā. Id notū eſt cæcis & cō Exo.16.
ſorib?. Septio requieuit. Vere aūt nō magis quieuit i ſeptio q̄ i pmo nec magis laborauit i 1 q̄ in 7 ſed tā-
ſcriptū ē, pr me? vſq; mō opat, & ego opor. Sed audiam? tātū nebulonē, tā ipſū & tā ſupſticioſū. Vo-
bis q̄ medico egetis: ſex dieb? curari licet, 7 loco nō mouēdū, medic? adeūdus nō ē, nec ſi adiutū rogādus
vt venā tētet vl̄ fibrā, nō licet vbo dicere, extēde manū aridā, Matt. 12. Nō licet in terrā ſpuere & oclos Apie.
cęci luto linire, aut ſi apis mordeat: nō licebit maluatiū tritū aut hęderā vulneri iponere, ad dolorē miti-
gādū, ſed oino moriēdū nobis eſt, q̄ ſic docet i ſynagogis. Vere liquātes culicē, vorātes camelū. Hāc igi prouerbiū
tur tā inſipiētē vocē & pfidā nō tulit dn̄s xp̄s ſed ſuo cū gladio iugulās: dixit. Hypocritę vnuſquiſ
E q; vrm ſabbato nō ſoluit bouē ſuū aut aſinū a pſepio: & ducit ad aquatū? Hāc aūt fi-
liā Abrahę quā alligauit ſatanas ecce decē & octo annis: nō oportuit ſolui a vinculo
iſto die ſabbati? Merito igitur hypocrita vocatur Momus iſte, & in iſto vno omnes, ore enim eius
omnes archiſynagogi loquuti ſunt, qui aſinis ipſis ſtolidiores probantur propter ignorantiam craſſam,
& hypocritę aut ſimeę in purpura per falſam iuſtitiam, qui cum ipſi aſinos ſoluant die ſabbati, Domi- 1. Ioan.3
num notant, quia ſoluit quos ſatanas ligauit, hoc eſt quia diſſoluit opera diaboli. Opa autem & vincla
 ſatanę nihil

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Prouer. 5 ſatanę nihil aliud ſunt ꝙ̃ peccata, iuxta illud, iniquitates ſuę capiunt impium, & funibus peccatorũ ſuo
ps. 123. rum cõſtringitur. De his vinculis dicit propheta anima nr̃a ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venãtiũ. Et
illud Eſai. 28. Nolite illudere, ne forte cõſtringãtur vincula veſtra; ſicut cõſtrictus eſt Sãſon (Iudic. 16.) q̃
ſe liberum putabat velut onager in ſolitudinę. Iob. 39. iſte enim vincula quę prius velut arachneorũ te
las rũpebat, nouiſſime adamãtina reperit. Si itaq; o boni omne opus ſeruile interdictũ eſt ſabbato, vter
plus operis facit, q̃ ſoluit iumẽtũ & adaquatũ ducit, an ego q̃ vnico verbo manib⁹ impoſitis hãc Abra
filiã in ſtaturã ſuã erexi? Nũ clemẽtiores eſtis in aſinos ꝙ̃ in fratres? Litterã legis iã olim Moſes cõfregit
Exo. 32. anteꝙ̃ ad vos perueniſſet poſt dies quadraginta. Nos igitur cõfracta teſta, nucleũ legimus. Feriãdũ eſt in
ſabbatis, ſed ab op̃ibus mortuis & mortiferis, vt vacemus deo, vacemus & ꝓximo. Si vobis cura eſt de
bobus, eſt & mihi, maxime aũt de his qui cognouerũt poſſeſſorẽ ſuũ, & de his aſinis qui cognouerũt p̃
ſepe dñi ſui, de quorũ numero eſt fœmina hec, quã ligauerat ſatanas. Et cũ hec diceret, erubeſce-
ps. 111. bãt oẽs aduerſarij ſui, & oĩs populus gaudebat in vniuerſis quę glorioſę fiebãt ab
eo. Cõfuſi ſunt, nec tamẽ cõpũcti, ſed dẽtibus ſuis fremebãt & tabeſcebãt, furore licet diſſimularẽt tãti
Ioelis. 2. doctores: qui cũ doceret quę neſciebãt, doctrinã tamẽ eorũ miſer populus velut oracla ſuſcipiebat Apo
llinis. Populus ergo nactũ ſe vidẽs ducẽ ac pręceptorẽ iuſtitię, qui effũderet ſup̃ eos imbrẽ matutinũ &
ſerotinũ id eſt doctrinã legis & euãgelij, & vtroq; eos potabat irriguo, gaudebãt in oĩbus quę glorioſę
fiebãt ab eo. Phariſęi videbãt gloriã chriſti in dies ſuccreſcere, grano ſinapis explicãte vim ſuã, ſinagogę
vero pulchritudinẽ in dies euaneſcere, vnde mœrore cõſciebãtur, quia nõ poterãt ſtabilire conſilia ſua.

Caput. x. Proponitur domino quęſtio: vtrum ne liceat homini dimitte
re vxorem ex quacũq; cauſa, & de hoc multa: deq; libello repudij a Mo
ſe cõceſſo iudęis, ꝓpter eorũ duritiam. De triplici eunuchorũ genere.

POſt hęc migrauit Ieſus a galilęa: & venit in fines iudęę trãs Iorda-
nem. Omnis prouincia iſrael iudęa dicitur, ſed ad differentiam Samarię & Gali-
lęę & decapoleos illa pars meridiana vocatur iudęa, in qua eſt tribus Iuda Benia-
min. Et acceſſerunt ad eũ phariſęi, tentantes eum & dicẽtes. Licet-
ne homini repudiare vxorem ſuam quacunq; ex cauſa? Ordo iſte iux-
Matt. 19. ta Matthęum & Marcum perplexus eſt, ideo ſic ordinandus eſt iuxta Auguſtinum
Marci. 10 de concordia euangeliſtarum. Licet ne homini repudiare vxorem quacũ
q; ex cauſa? Marcus. Reſpondit dominus. Quid vobis de hoc pręce
pit Moſes? Qui dixerunt. Moſes permiſit ſcribere libellum repu
dij & dimittere. Matthęus. Qui reſpõdes: ait illis. Non legiſtis, ꝙ qui fecit hominẽ ab
initio: maſculũ & fęminã fecit eos: & dixit: propter hoc dimittet homo patrẽ & ma
trẽ: & adhęrebit vxori ſuę, & erũt duo in carne vna. Itaq; poſt hac non ſunt duo ſed
vna caro. Quod ergo deus cõiunxit: homo nõ ſeparet. Dicũt illi. Quid ergo Moſes
mandauit dare libellũ repudij & dimitte? Reſpõdit Ieſus. Ad duriciã cordis veſtri
permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio aũt creaturę nõ fuit ſic. 32. q. 5. Puto
chriſtianũ, Item. 30, q. 1. Cum ad. 33. q. 2. Per totũ. De quęſtione hac propoſita domino, ſi doceri vellet ma
ligni iſti diſcipuli malorũ ouorũ mali corui, Malachias legis doctor conſulend⁹ erat Cap. 2. Cuius teſti
monium quia alias poſuimus, hic ſuperſedemus, Lib. 3. Cap. 4. Ibi vide multa ad hoc propoſitũ. Propo
nunt itaq; phariſęi cornutum argumentum vtrinq; feriens. Si enim dicat licere diuortium, ſecum pugna-
bat, cum oppoſitum docuiſſet Matth. Cap. 5 Sin negaret licere repudium, pugnabat cum lege quę repu
dium permittit. Propoſitę igitur quęſtioni reſpondet dominus iuxta Marcum, quid inquiens de hoc p̃ce
pit Moſes? Quoniam enim iuxta apoſtolum, qui in lege peccauerũt, per legem iudicandi ſunt, phariſęi
Rom. 2. ex lege interrogantur: qui legis litteram mordicus tenebant, vim legis ignorabant. Nam lex ſimpliciter
& de plano ſcripſit per Malachiam, quid vellet legis conditor, permiſſio aũt illa de repudio cordiũ ad
mãtinis cõceſſa eſt, non tanq̃ licita ſimpliciter, quia nõ cõſonabat legi naturali, quãdo enim Moſes ſe
pararet quod deus coniunxerat: Sed tamen minus malũ cõparatione maioris ſpeciẽ habet boni. Ne iſ
ex odio occiderẽt vxores, permiſſi ſunt abijcere, ꝓdita illarũ caſtitate. Sed audi Chryſo. Quãdo Moſes
Chryſoſt. filios iſrael eduxit de ęgypto, genere quidẽ erãt iſraelitę, moribus aũt ęgyptij vel Amorręi. Propter mo
Deut. 24 res igit̃ hos ferinos q̃bus putabãt oĩa ſibi licere in vxores quę libuiſſet, cõtingebat vt vir odiret vxorem
ꝓpt̃ aliquã ingẽ fœditatẽ, ꝓpt̃ neuulũ videlicet vel q̃d ſimile (malũ intolerabile in vxore) & q̃ a dimitte
re nõ permittebat, paratus erat vel occidere, vel abuti ea tanq̃ ancilla, iuxta q̃d dixit Malachias. Huius
Vide. 1. R. 1 igit̃ flagitij aliq̃le remediũ erat libellus apoſtaſię. De hoc poſſet dici ingẽ doctor nr̃, ꝙ ſicut deus diſpe-
ſauit in digamia, vt vc; vir vnus duceret plures vxores ꝓpt̃ bonũ ꝓles, ſicut dictũ eſt, ad Dauid, dedi ti
bi vxores dñi tui (2. Reg. 12.) Ita & iudęis cõceſſum eſt vxores dimittere ꝓpt̃ maius malũ euitãdũ. Chri-
Scotus. ſtus aũt dñs in euãgelio reſtituit matrimoniũ iuxta q̃d primũ a ſe inſtitutũ eſt in lege naturę. Irritauit
igit̃ dñs luceſcẽte euãgelio eũ cõtractũ qui licuit tẽpore legis Moſaicę, is erat accomodatio corporũ ad tẽ
pus ad ꝓcreationẽ ꝓlis, quãdiu vxor placeret viro, q̃d tamẽ nõ licebat vxori, ex quo patet cõtractum
hũc vere claudicare, ſiquidẽ vir & vxor non ad paria iudicabantur. Ad hęc dñs. Non legiſtis, ꝙ qui fecit
hominem ab initio & cętera. Dicens autem, non legiſtis, ſocordię arguit eos & ignorantiæ, quis vel
prima legis verba memoria excidiſſent, quę parens omnium a ſopore exurgens, eructauit in ſacramento
ecclesię. iuxta

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

eccleſię iuxta apoſtolum dicentem, ſacramentum vel myſteriū magnum eſt hoc. Epheſ. 5. Sed quod erat
ſacramentum apud iudęos, quando quilibet pro libitu nuptias iterabat: Qui ergo poteſt vel potuerit ſe
parare coſtam Adami ab Eua ex qua illa formata eſt, ille poterit vxorem abijcere quā ſemel duxit. Qui Textus.
fecit hominem ab initio, fecit eos maſculum & fœminam. Probatio eſt demonſtratiua, quoniam ex fac-
tis dei ita ſummitur argumentum efficax ſicut ex verbis eiuſdem. Volūtas enim dei quę ex lex legum in
noteſcit nobis vel verbis vel factis. Dicit autem Abulenſ. Hoc loco, ꝙ habere duas vel plures vxores Abulenſis
non fuit prohibitum iudęis. Et ſi dicas, ꝙ vnitas vxoris eſt de iure naturali, vnde illud probabis apud gē Vxor.
tes: qui de Adam & Eua nunꝙ ſomniauerunt: Licet igitur vnitas vxoris ſit de iure naturali: eſt tamen
pręceptum hoc de talibus pręceptis, quę non habent vim obligādi determinate, niſi per aliam legem po
ſitiuam aut conſuetudinem confirmentur. Vide Deut. Cap. 21. Item Deut. 17. Vbi videtur deus concede-
A re regi plures vxores, licet non plurimas. Et id maximo eſt argumento, ꝙ nullus prophetarum inue-
nitur de hoc notaſſe vel populum iudaicum vel vnum aliquem ex principibus, cum multi eorum legan
tur plures duxiſſe vxores ſimul. 2. Parali. Cap. 11. &, 13. Ad hęc Auguſtinus ſuper illud Deut. Ca. 22. Hęc Auguſti9
ſunt ſigna virginitatis ita dicit. Satis hinc apparet queadmodū lex ſubditas fœminas viris & pene famu
las eſſe voluit vxores, quia dicēs vir aduerſus vxorē teſtimoniū vnde lapidaretur illa: ſi hoc verum eſſe
demonſtraretur, ipſe tamen non viciſſim ſubibat talionem, ſi hoc falſum eſſe conſtiterit, ſed tantum mo
do caſtigatur & damnificatur, eiꝙ perpetuo iubetur adhęrere qua carere voluit. In alijs autem cauſis
eum qui teſtimonio falſo alicui nocuerit, quod ſi probaretur occidendus erat, eadem pęna plecti iubet
qua fuerat, (ſi verum eſſet) iſte plectendus. Bene ergo dixit Paulus, Sacramentum magnum in Chriſ-
to & eccleſia, quia ſicut Dominus Ieſus Chriſtus quod ſemel accepit nunꝙ dimiſit, ita nulli licet, neꝙ
licebit dimittere vxorem quam ſemel legitime duxit. Dicamus iuxta Philoſophum Lib. 7. Politicę. Cum Filoſoph9
ſit finis gignendi vt plurimum viris quidem ſeptuaginta annus: mulieribus autem quinquageſſim9, Ita
D ab initio coniungendi ſunt, vt ętatibus ad hunc finem concurrant. Ad continentiam etiam vtile eſt nu
ptias fieri ſeriores, intemperantiores enim eſſe videntur, cum puellę veneri aſſueſcunt. Puellas autem
circa ętatem duodeuiginti annorum nuptui tradere congruit, maſculos autem circiter ętatem anno-
rum ſex & triginta. In hoc enim tempore vigentibus corporibus coniungentur, ac procedente tempore
ſimul apte deſinent pro creare poſſe. Sequitur. Pregnantes mulieres curam habere corporum oportet,
non pigreſcentes, neꝙ ſubtili vtentes alimonia, prouideatꝙ legis lator, vt ſingulis diebus iter quod-
dam faciant ad deorum ſacra mulieres quę ſortitę ſunt concipiendi honorem. Hęc ille. Chryſoſtomus. Chryſoſt.
Maſculum inquit & fœminam: non maſculum & fœminas, aut econuerſo: vt vna fœmina vnum maſ-
culum putet eſſe in mundo: hoc eſt quęlibet mulier putet ſe eſſe Euam, & quilibet maſculus qui vxo-
rem duxit, putet ſe eſſe alterum Adam. Non enim duas aut tres coſtas deus ſed vnam tulit. Quod ſi tu
duas vel tres quęris vxores: quomodo iam dices, hoc nunc os de oſſibus meis? Quod ergo Deus con-
C iunxit, homo non ſeparet, pro coniunxit Gręce eſt συνέζευξεν id eſt ſynezeuxen id eſt coniungauit, &
eodem iunxit iugo, tranſlatum ab obus idem ducentibus iugum, niſi ꝙ non raro vterꝙ non vno pre-
mitur tantum, ſed multis, dum ille pluribus innititur coſtis, & illa ſub poteſtate multorum eſt, malum
commune apud noſtrates. De hoc Hiſpalenſes rogandi ſunt vtriuſꝙ ſexus. Et obſerua ꝙ in lege fœmi- Sco. 4. Di.
nę non id tantum cogebantur ſubire ſacrificium zelotypię de quo Num. Cap. 5. Sed & oſtendere (proh 31. q. vnica
pudor) ſigna virginitatis, ſi res ferret: iuxta illud Deut. Cap. 22, Hęc ſunt ſigna &c. Ea autem iuxta Abu Abulenſis
lenſem vel erat tunica linea in qua primum cum viri fœmina congreſſa eſt, vel ſtrati linteamina. Alij di-
cunt ꝙ nocte pręcedente thalami ſecreta cubilia aderant matronę fideles, & tam gentes genitale virgi-
nis & probantes eam virginem, earum teſtimonium ſub ſigillo & teſtibus obſignatum, parentibus puel
lę vel cuius referebat tradebatur. Quod ſi primo modo intelligatur, tunica illa linea vel pānus marty- Cap. 64
riorum iuxta Eſaiam magna cuſtodia aſſeruabatur, vt oſtenderetur ſi res ferret, marito forte accuſante
vxorem & cętera. Dicit autem hoc loco Abulenſis multa: qualiter videlicet fęminę imponūt viris mul
D ti modis fraudibus: mentientes florem ętatis quod non ſunt, quæ & pudor dicere prohibet, & alias
non ſunt contra fidem: dum interim nouerint mariti illud prouerbij: fecem bibat, qui vinum bibit,
non poteſt diſplicere, quod ſemel placuit. Cum ergo quæritur ſi licet homini vxorem dimittere, reſ-
pondeo, iudęo licet; quia Deus item dixit de ſynagoga, ipſa non vxor mea: & ego non vir eius. Oſeę. 2.
Viro Chriſtiano & caſto qualiſcunꝙ vxor bona videtur: quia perfecta charitas vitia non ſentit vxo- Chryſoſt.
ris inquit Chryſoſtomus. Sicut ſi videas hominem aſſidue amicitias medicorum colentem, ex ipſa re
ſtatim intelliges ꝙ infirmus ſit. Sic cum videris virum de faciendo diuortio inquirentem, cognoſce ꝙ
vir hic laſciuus eſt. Vxor quidem ſi vera vxor eſt: neminem debet putare ſapientiore fortiore nec pulchri
orem viro ſuo. Et ſi alter ſit formoſior: tamen in oculis ſuis, (ita enim ſimę videbantur catuli ſui)
alter formoſior non debet apparere: quoniam perfectus amor vel odium verum iudicium non cog-
noſcit vt in pluribus: & quod de vxore dixi: de viro intellige. Propter hoc inquit relinquet homo
patrem & cætera. Propter quid? Quia ex viro eſt vxor; & ex vna carne ambo, vnde quaſi in linea
E deſcendentium ponitur vxor ſaltem Eua. Dices. Ergo nunc maior charitas eſſe debet inter fratres &
ſorores, quia illi quidem ex eiſdem parentibus exeunt, vir autem & vxor ex diuerſis: ſed non ita eſt, quia
fortior eſt conſtitutio Dei dicentis, relinquet homo patrem & matrem, ꝙ virtus naturę. Non enim pre-
cepta Dei ſubiecta ſunt naturę, ſed e conuerſo. Dices, Si ad hoc deus creauit maſculum & fœminam ex
vno: vt ſint vnum: quare de cętero vir & mulier non ex vno vtero naſcuntur vt pater ſponſę ſit & ſo-
cer filij ſicut quędā aialia; vel volatilia? Chry. Quia de9 maſculū & fęminā creauit ꝗdē ppt̄ neceſſitatē Chryſoſt.



EL COLEGIO de JALISCO

filiorum pro creandorum: tamen ſemper caſtitatis fuit amator, ideo illum typum non ſeruauit in omni
bus, vt ſiquidem homo vult vxorem ducere ſecundum primam inſtitutionem conditionis humanę, intel-
Geneſ. 2. ligat, quid eſt vir & vxor, quia ex vno ſunt ambo, caro de carne & os de oſſibus. Si autem noluerit cō-
33. q. 1. Cū trahere, nō habeat neceſſitatem, ne forte videatur propter ſuam incontinentiam, alterum perdere qui vo
igitur. lebat vel alteram quę volebat in continentia eſſe. Iam ergo non ſunt duo ſed vnum. Quod ſi vnum, cō-
tra naturam eſt ſeparari per libellum repudij, ſicut contra naturam eſt vnam coſtam in duas ſecare. Sed
audi decretum conſilij Toletani pro illo tempore forte vtile & tolerandum. Siquis habens vxorem fide
lis, ſi concubinam habeat, non cōmunicet. Cęterum is qui non habet vxorem, & pro vxore concubinā
habet, a cōmunione non repellatur, tamen vt vnius mulieris aut vxoris aut concubinę, vt ei placuerit ſit
coniunctione contentus. Hęc ibi. Decretum hoc modo nullo pacto ferendū. Semel enim a principio ma-
trimonium ſanciebatur, libellum repudij incognitum erat ante legem. Apud Romanos per annos ferme
ſexcentos a condita vrbe repudium in cognitum fuit. Vini fęminis omnis interdictus vſus. Auro fęminę F
non vtebātur, pręter vnico digito quem ſponſus oppigneraſſet pro nubo anulo. Hęc dicit Tertullianus
in laudem Romanarum fęminarum. Quę ſi conferantur cum his quę factitant matronę ſęculi noſtri
mera videbuntur ſomnia. Quod verò quidam dicunt, erunt in carne vna idest ad vnam prolem procreā
dam, non ſuſcipit Abulenſis, quia non eſt ad intentionem Christi. Vult enim Chriſtus dominus hoc pro
Abulenſis. bare, quod ex quo duo ſunt vna caro, non ſunt ſeparandi, quia ſunt vnum corpus, cuius pars quędam ex
vir videlicet os, fœmina autem eiuſdem corporis pars altera eſt videlicet caro. Sunt autem vna caro non
veritate naturę ſed fictione iuris, & ſacramento ac inſtitutione Diuina. Connubia enim partim ſunt de
iure Diuino videlicet quantum ad inuentionem, partim de iure naturali, quantum ad copulam, partim
de iure gentium & ciuili quantum ad verba & formulam quibus matrimonia contrahuntur. Et quan-
Cōnuba. tum ad gradus, ius naturale dicit pariter & diuinum: relinquet homo patrem & matrem. Legimus tamē
gentes quaſdam matribus congreſſas, ſicut alias diximus de Semiramide id ſtatuēre licitum fore in reg-
no ſuo. Verum quod Deus coniunxit, homo non ſeparet. Apud Sauromatas nulla virgo nubit, priuſquā G
aliquem hoſtium interemerit, vnde multę earum decedunt virgines vetulę, quod legi ſatiſfacere nequeant.
Tranſi. Tranſi quidem virgines filias communes faciunt omnibus, vxores aſſeruant vehementer: magno qui-
dem precio emptas. Ita & Chriſtus Dominus eccleſiam vehementer aſſeruat, vſque nimis zelat, quam tā
ti emit. Certe ſi viri ſęculi noſtri tanti vxores emerent quanti Iacob Rachelem, pro qua ſeruiuit annis
quattuordecim in frigore & caumate, nunquam de repudio cogitarent. Sed iſti non ad vxorem (ſit licet al-
tera Elena pulchritudine, Sarra ſanctitate) ad dotem vero oculum habent. Vnde nuptię grecę vocantur
Figura. ſynalagma. i. permutatio, vt vere dixerit hiponactes, duos eſſe dies fęlices maritorū prim⁹ quū vxorē duxit
hiponades ſecundus quo eandem extulit, factus hęres ex aſſe totius dotis. Non enim meminerunt verbi illius, pro-
pter hanc relinquet homo patrem matrem, propter vxorem videlicet non propter dotem, ſed ſurdis narra
mus ſine capite fabulam. Ad hęc Chryſto. Equidem ſi quamquam ex huiuſmodi cōnubio geniti ſint hoies
Chryſoſt. vna carne videlicet, primus tamen ſtatim ho:um ſemine parentum pro creatorum adeo inſaniuit in fra-
trem ſuum, quid putas feciſſet, ſi non ab eadem prorſus radice pullulaſſet genus humanum? Cæterū au-
tor omnium virum imperare, illam ſub eſſe iuſſit, eſſe enim inter ęquales ęmulationem nouit. Itaque no
luit eſſe democratiam ſed regnum, δημοκρατια, principatus eſt populi. Et tamen inquit faciamus ei ad
iutoriū ſimile. Et hoc alterū vinculum eſt. Sumus enī rerū quę nři gra producę ſunt ſtudioſiores, porro
ne illa viciſſim quod eſſet pręſidio data, turgeret, & vinclm rūperet, ex crate fecit: partē corpis eſſe volens
Sed & aliā cōiūctionis formā cōmētus eſt, cognatorū cōnubio interdicto, ad alienos nos deducēs, illosque
Figura. viciſſim ad nos pelliciens, ſic integras ſępe familias vnius nimphę gra cōciliādo. Vnde dicit lex. Leu. 18.
Turpitudinē ſororis tuę nō reuelabis. Satis cauſę ſit cur illas amas, ex eodē te eſſe vtero prognatū, alter
tibi cōpetēt alię. Cōiūxit itaque nos deus a natura, a cognitione, ab affinitate: a lingua a loco. In paradiſo
enim collocarat parētes nřos, vari linguę nō fecerat. Quos igitur dñs tāto fędere copulauit a prima cō-
ditione, hō quo iure ſeparat: Nec enī tātū poſtquam creata eſt fœmina, copulata eſt viro, ſed ea nōdū pdu-
cta e coſta, dicit: maſculū & fęminā creauit eos, & bndixit eis. Quare id? Quia nō eſt bonū hoiem eſſe
ſolū. Gen. 2 Qui igitur vxorē ſepat a viro, hoiem vulnerat grauit, nēpe nō in pede vl manu, ſed in cor
de: crate enī a corpe eius reuelit cordi propinquā. Nō quod oēs tales ſint. Nā multę ſimiles ſunt vxori Iob.
cuius verba ſunt, bndic deo & morere. Iob. 2. Eſt aūt in ſcriptio veteris monumēti; quę hodie via tiburti
na Romę legit ad hūc modū. Heus viator cōmodū hic vir & vxor nō litigāt. Quis ſum nō dico, at ipſa
Vxor. dicā. Hic bebri⁹ ebri⁹ ebriā me nūcupat. Hei vxor adhuc mortualis tigas! Vt meritō de huiuſmodi pup-
tijs Alexādriades dixerit, nuptiarū diē multorū malorū initiū eſſe, cui aſtipulat doctor gētiū dicēs. Tri-
Alexādria bulationē tamē carnis habebūt huiuſmodi, idest qui huiuſmodi vxores ducūt, idē de maritis; qui iuxta no
des. mē ſuū ſtulti ſunt, duri, malitioſi & peſſimi. 1. Re. 25. Tamē qd deus cōiūgit &c. Sūt tamē multi cuculos
1. Cor. 7. imitātes, qui ſemp in alienis thoris oua ſua collocāt, nidos enī coccyx nō facit, ac p inde oibus inuiſa eſt
Coccyx. auis hęc & ominis mali, & merito, quippe quę filios nō agnoſcit. Vnde dicit Abrahę: eſto irreprehēſibilis H
Ambroſi⁹ Ambro. Vt de te vxor meritō cōqueri nō poſſit. Cōqueſta eſt enī vxor apud virū de ancilla ſua dicens.
Gene. 16 Iniquè agis cōtra me. Ad illā enī ingreſſus Abrahā ſuadēte vxore, vidēs ſe cōcepiſſe, inſolentius ſe gereře
Eduardus cępit cōtra dominā ſuā, id vidente Abraamo, & permittēte. Legimus de Eduardo Rege Anglię, qui per
cuſſus a ſaraceno interpugnandum venenato gladio, inualida ad ſanandum medicorum ars, vxor eius
filia Regis Hiſpanię charitate vxoria plagam coniugis veneno infectam lingua dierum ſugens ac lam-
Achatio. bens, ſanitati reſtituit virum: illaque euaſit, iam enim non duo erant ſed vna caro. Achatia viri
lege patria.

Fondo Reſeruado de
EL COLEGIO de JALISCO

lege patria obtemperabant vxoribus. Parthi vxores vendebãt, poſtq̃ eis pepererant octo vel decẽ libe-
ros, vel pro alijs iunioribus aut pulchrioribus mutuabãt, iniquiſſimi oĩum hominum, qui tam arctas & Parthi.
longas amicitias tam facile dirimebant. Apud Cymbros patres filias ducebãt, nouum nuptiarum gen9.
Verùm nemo hoc miretur, quando Nero virum exectum pro vxore duxit, ſicut alias dictum eſt, ſed hoc Cymbri.
nuptiarum genus non dei ſed ſatanę opus eſt, cuius opera quinq; ciuitates igne conſumptę ſunt. Eſt igi-
tur diuortium contra naturam, quia vna caro diuiditur, contra legem, quia ſeparatis quod deus coniun-
xit, faciens ex duobus vnum, imo Adam & Eua primum erant vnum vt ita dicam, & facti duo, rurſus
vnum a deo effecti ſunt. Eſt etiam contra conſuetudinem omnium gentium, quia vna hirundo non fa-
cit ver. Premium ergo nuptiarum iuxta Hieronymum, eſt ex duobus vnam carnem fieri. Hos ſeparare
homo nõ poteſt, niſi forſan ſolus deus. Homo ſeparat: quando propter deſiderium ſecundę vxoris primã Hierony.
A dimittit. Deus ſeparat qui & coniunxerat, quando ex conſenſu propter ſeruitutem dei, eo q; tempus in
arcto eſt, ſic habent viri vxores, quomodo Elz. arius Delphinam coniugem ſuam, qua cũ plures annos
in virginitate vixit, & moriens virginem reliquit. Quod ſi qui vel vnam ducit, diuiſus eſt iuxta Paulũ
id tantum cogitans, quomodo placeat vxori (rem vt reor impoſſibilem) placuiſſe vxoribus circiter mi- 1. Cor. 7.
lle quomodo potuit rex pacificus? Et tamen adeo eis placuit: vt ſacella ędificauerit dijs earum, magnum
malum. 3. Reg. 11. Sed ad rem. Reſponderunt phariſęi. Quid ergo Moſes mãdauit dari libellum repudij?
Chryſoſt. Qui malam conſcientiam habent & malam cauſam, fugiunt ad potentes, vt & ſi iuſticia nõ Chryſoſt.
poteſt vincat perſona. Moſes inquiunt qui fuit quaſi viſibilis lingua inuiſibilis dei, qui incorruptibilem
gloriam corruptibilibus oculis vidit, & teſtimonium deitatis in vultu portauit ad populum. Tu autem Exo. 34.
homo treſſis Faber fabri lignarij filius, quomodo deſtrues quod ille conſtituit? Si filius dei es ſicut dicis,
quare deſtruis miniſterium tuum? Si homo ſicut nos: quomodo reprehendis autorem tuum? Si malum eſt
quare pręcepit? Si bonum, quare abrogatur? Sed Moſes propter duritiã cordis veſtri vſus eſt ad vos Leſ-
B bia regula, & id permiſit. Dicitur autem Leſbia regula, quoties prępoſtere non ad rationem factum ſed prouerb iũ
ratio ad factum accõmodatur, & cum lex moribus applicatur, nõ mores ad legem emendantur. Queãd-
modum inquit philoſoph9 plũbea Leſbię ędificationis regula. Ad lapidis enim figurã trãſmouetur neq;
manet regula ſed noĩe tenus tantũ. Ad duritiã inquit veſtrã adamãtinam &c. Et certe dominus nõ pro-
priã ſentẽtiam protulerat, ſed veteris hiſtorię & mandatorũ dei fuerat recordatus, q̃n dixit, p̃pter hãc &c.
Quod autem nunc dicit, propter duritiam veſtram, ſenſus eſt. Nunquid poteſt deus ſibi eſſe contrarius
vt aliud ante iuſſerit, & ſententiam ſuam nouo frangat imperio? Non ita ſentiendum eſt inquit Hiero Hierony.
nymus. Sed Moſes cum videret propter deſiderium ſecundarum coniugum quę vel ditiores vel iuniores
vel pulchriores eſſent primas vxores interfici: aut amaram vitam ducere, maluit indulgere diſcordiam:
q̃ odia & homicida perſeuerare. Quo argumento iudęorum carnales mentes oſtenduntur ea ſenus,
vt vel iura naturę peruerterent. Et conſidera q; non dixit, propter duritiam cordis veſtri permiſit, vobis
C Deus, ſed Moſes, vt iuxta Apoſtolum conſilium ſit hominis non Dei. Vnde Chryſoſtomus. Frequen- Chryſoſt.
ter vobis Moſes propter duritiam veſtram iniuſticiam quaſi iuſticiam pręcepit in eremo Deo hoſ- Hiere. 7.
tias offerre. Dicit enim per prophetam: non ſum loquutus cum patribus veſtris de verbo victima-
rum. Sed quia patres veſtri egreſſi ſunt de ægypto corpore non animo, nam totum ægyptum ſecum
in moribus circunferebant, hoc videns Moſes circa ſtudia ſacrificiorum carnalium inclinatos: ſi man-
daſſet eis recedere ab eis: non fuerat audiendus: quia annoſa paſſio medicamento momentaneo non
curatur, iuſſit eos ſacrificare quidem, ſed non dęmonibus ſicut in ægypto, ſed Deo vero. Dimidium
mali permiſit: ne perderet totum. Hac ratione permiſit vos dare libellum repudij, quia melius iudi-
cauit: permittente lege matrimonia ſolui: q̃ odio compellente: homicidium fieri. Permiſit vobis fa-
cere mala, ne faceretis peiora, quomodo permittuntur in ciuitatibus lupanaria iuxta Auguſtinum,
ne fiant turpiora quę nec nominare licet. Sicut ſi hominis ſeruum furacem & ebrioſum, conſiderans Auguſti.
Dominus Chriſtus q; ſi vtrunq; in ſimul mandauerit obſeruare, nihil proficiet: mandat illi vt bibat
D quidem quantum vult: ſed publice bibat: vt hoc quidem quod bibat ſit ſecundum modum bonum,
vt paulatim diſcat obedire pręceptis. Ita dicit doctor noſter cum Dominus Chriſtus dicit, ad duriti-
am cordis veſtri hoc vobis Moſes permiſit, dico q; Dominus Chriſtus per hoc verbum permiſit, intelle- Scotus. in 4. Diſt. 33. q. 3. In ſolutione.
xit, q; Moſes hoc non pręcepit: nec conſuluit, nec approbabit: ſed tanq̃ ex quadam neceſſitate licitum,
non prohibuit. Nec id eſt permiſſio tantum, ſed diſſimulatio cuiuſdam illiciti. Quod itaq; dicit, ad du-
ritiam cordis veſtri, non concludit hoc eſſe illicitum, quoniam non raro fragilitas ſubditorum id depoſ-
cit, vt aliquid remittatur de iuſticia ſtricta: quod alias vtile eſſet non concedi, ſi ſubditi tractabiles
eſſent ac bene morigerati. Fuit igitur conſilium Moſi: non autem Dei ſanctio, non inquam conſili-
um hominis qui pręceperit libellum dare repudij & vt vxor dimitteretur (quid enim inclementius q̃
abuti caſtitate vxoria?) ſed qui dimiſerit inquit, det ei libellum, vt iram temerariam eijciendi vxorem li-
belli cogitatio temperaiſſet. Vide Deut. Cap. 21. Textum expreſſum contra hanc expoſitionem. Quo-
E niam igitur omnis res per quaſcunq; cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur, & matrimonium non fa-
cit coitus ſed voluntas, ideo non illud ſoluit ſeparatio thori vel corporis, ſed voluntatis. Cuius volun-
tatis? Dei & viri & vxoris. At Deus nunq̃ volet, licet vos melius velitis, ſtat ſemper ſcriptura
reclamans, quod Deus coniunxit, homo non ſeparet, excepta cauſa adulterij ſicut dicetur, ſed hec
ſeparatio ſacramentum non ſoluit. Imitare ergo Deum, vt ſicut ille nunq̃ dimittit populum ſuum,
niſi ad hęreſim tranſierit: ſed peccantem erudit & caſtigat tamen miſereri non ceſſat. Pſalm. Cap. 88. Vi- Chryſoſt.
ſitabo in virga iniquitates eorum & cætera, ſic & vir meretricem quidem idest adulteram dimittat

KK iij (que ad

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

(quo ad thorum intellige) alias autem male moratam caſtiget & teneat, & fecem bibat, qui vinum bibit. Vide Matt. 5. Dico autem vobis: quicunq; dimiſerit vxorem ſuam niſi ob fornicationem & aliam duxerit: mechatur. Et qui dimiſam duxerit: mechatur. Quia poterat

Hierony. fieri inquit Hieronymus, & aliquis calumniam faceret innocenti, & ob ſecundam copulam nuptiarum veteri crimen impingeret, ſic priorē dimittere primā vxorē, vt ſecundam prima viuente non habeat. Nam ſi non propter libidinem ſed propter iniuriam dimittis vxorem, quare expertus priores infęlices nuptias, nouarum te immittis periculo? Et quia poterat euenire vt iuxta eandem legem vxor quoq; marito daret libellum repudij, eadem cautela pręcipitur, ne ſecundum accipiat virum: ne vt alius ducat vxorem eā, quod ſi duxerit, vterq; adulter ſit, neuter coniunx. Ergo nodus iſte Herculanus incidi poteſt morte alterius coniugis, diſſolui non poteſt. Oſtendit autem Feſtus Pōpeius antiquitus fuiſſe morem, vt noua nu-

Feſtes. pta laneo pręcingeretur cingulo vinctu nodo Herculis, vt actiſſimam inter coniuges neceſſitudinem ſignificarent. Iugum autem hoc grauiſſimum eſſe ex ore multorum audiuimus, ſiquidem vir poteſtatem non habet corporis ſui, ſed eſt ſeruus, & fęminæ ſeruus, quę primam & veram ſeruitutem mundo inuexit. Quibus autem caſibus matrimonium contractum non teneat, non eſt propoſiti noſtri diffinire, ſed

1. Cor. 9. ſunt conſulendi iuris periti. Multa enim circa ſacramentum matrimonij ſtatuit eccleſia: quę dominus le-

Matt. 10 ſus non tradidit, dixit tamen de paſtoribus eccleſię, qui vos audit, me audit. Et illud, quęcunq; ligaueritis ſuper terram, ligata erunt. Matth. 19. Dicunt ei diſcipuli eius. Si ita eſt cauſa hominis cū vxore: non expedit contrahere matrimonium. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum iſtud: ſed quibus datum eſt. Hierony. Reuera graue pondus vxor eſt, ſi excepta cauſa

Hierony. fornicationis eas dimittere non licet. Quid enim ſi temulenta fuerit: iracunda malis moribus, vaga iurgatrix, maledica? Tenenda erit iſtius modi? Eſto ſit pulchra diues caſta, generoſior codro: & vrbana, ſed ſi ſuperba eſt, & ex cauda vult fieri caput: Volumus nolumus ſuſtinenda eſt. Cum enim eſſemus liberi, voluntarie ſubiecimus nos ſeruituti. Adoleſcens quidam referente Laertio, nuper vxore ducta, titulum huiuſmodi inſcripſit ędibus ſuis, Iouis filius Calliuicus Hercules hic habitat, ne quid introeat mali. Dio-

Diogenes genes legens hunc titulum, ad ſcripſit. Poſt bellum auxilium, videlicet indicans iam tūc receptum in eas

Socrates. malum, ſed malum hoc multi dicūt bonum, & amarū hoc multis dulceſcit. Socrates Xantippem & Myrtho habebat vxores; quę cum crebro inter ſe rixarentur, & ille eas irrideret, quod propter ſe fędiſſimum hominem, ſimis naribus recaluata fronte, capilloſis humeris & repandis cruribus diſcetarent, nouiſſime verterunt in eum impetum, & male mulctatum fugientem diu perſequutę ſunt. Deinceps cum infinita cōuitia ex ſuperiori loco ingerenti Xantippę reſtitiſſet, aqua perfuſus immunda, nihil aliud reſpondit capite deterſo quam illud, ſciebam vt iſta contrua imber ſequeretur. Sed de his plura norunt mariti practice, quam nos referre poſſimus ex hiſtorijs gentium, quia illi ſunt oculari teſtes, & fide gręca omnia ſciunt, & forte plura ſciunt quam vellent. Et ſicut refert Dinō, Semiramis petijt a rege Nino viro ſuo, vti quinq; dies imperitaret, ſtolam ac coronam ſibi aptaſſe, ac pro tribunali conceſſiſſe, deinde imperaſſe Satellitibus, vt Ninum ſic exutum ornamentis regijs interficerent. Non igitur expedit vxorem ducere, ſi iuxta prouerbium lupum aure per omnem vitam tenere debes. Aut ſi nuptię ſunt quales eę quę ægyptię dicūtur, ſumptum prouerbium A notiſſima fabula ægypti, qui filios 50 totidem fratris filiabus maritos dedit, At hi omnes vno dempto noctu a ſponſis iugulati ſunt. Concluſio. Mulier ſi pulchra eſt, difficile ſeruatur, ſin fęda tormentum eſt retinere domi, quod nemo habere dignetur. Impudica ſeruari non poteſt, caſta ſeruari non debet. Infida enim cuſtos eſt caſtitatis neceſſitas. Et illa vere pudica dicenda eſt, cui licuit peccare ſi voluit. Vnde Phoroneus rex Grecorum die qua vita functus eſt, ait Leontio fratri. Ad ſummam fe-

Phoroneus licitatem nihil mihi deeſſet, ſi vxor mihi ſemper defuiſſet. Cur Leontius. Et quomodo vxor obſtat: Et illi Mariti ſciunt omnes Ita & Cato Vticenſis. Si abſq; fęmina poſſet eſſe mundus, conuerſatio noſtra non

Cato. eſſet abſq; dijs. Vt merito dixerit Petrus, ſi ita eſt cauſa cum vxore, non expedit vxorem ducere. Hanc autem reſponſionem apoſtolorum non improbat dominus, quos vt cum plena libertate euangelij ſemina quoquo verſus ſpargerent liberos eſſe volebat a matrimonij iugo & ſeruitute, quia rex licet non habet poteſtatem corporis ſui, verum tacite ſub iudicat non eſſe tutum fugere onera matrimonij, niſi ſiquis id

1. Cor. 7. firmo deſtinauerit animo, gratia dei comite, etiam do & Paulus a ſtimulo carnis vrgetur: cōtra eum fruſtra calcitrat. 2. Cor. 12. Vnde dicit dominus: non omnes capiuntur verbum hoc, non ſunt capaces vt poſſint aſcendere culmen montis huius qui eſt propoſitum virginitatis perpetuę, propterea quod hic affectus corporis ſic omnium eſt communis vt non alius ſit violentior aut mage ſui iuris. Non ergo omnibus datum eſt in totum abſtinere a congreſſu fęminæ. Sicut autem refert Plutarchus in vita lycurgi, licebat

Plutarch. ſeniori viro iunioris vxoris, ſiquem ex iunioribus honeſtum ac probum diligeret probaretq́, illum ad vxorem adducere (o tempora & fraudis ſatanæ) & vbi eam generoſo illius ſemine compleſſet, ſuum partum quod natum eſſet efficere. Licebat item probo viro qui fœcundā aliquam pudicamq; mulierem alteri nuptam admiraretur, marito illius ſuadere, vt cum ea ipſe congrederetur: tanquam in ſolo fertili bonos filios ſa turus. De hoc alij viderint ego illud ingenue dicā, id ipſum apud noſtrates licere de facto, quod illi lege permittente factitabant, & multi Talione mulctantur & neſciunt nictent licet ſępe vertagi iſti. Cæterum

Abulenſis ſicut dicit Abulenſ. Bellum hoc pluſq; ciuile pluſq; domeſticum cotidianum eſt, nec poſſumus illud declinare: nec fugere; nec artificioſe placare: malum inteſtinum inexorabile, denique grauius quam omnia quę cum vxore toleranda ſunt, quam vel fugere vel placere vel diſciplinę ſubdere licet. Vnde illud, vxorem du-

Luca 4. xi, habe me excuſatum. Hoc eſt ſeruus ſum vxore ducta, non poſſum ire. Ita ergo intelligitur verbum xpi non omnes capiunt χωρου̃σιν, chorusin, quomodo capacem vocamus qui tam eſt ſpacioſus: vt poſſet recipere q.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

recipere quod inſertur. Itaq; capere non equiualet vel nō pollet idē quod intelligūt, proc... eſt enim in
telligere quod dictū eſt, verū verba chriſti nō deſcēdunt in animos multorum: ꝙ ſint alij affectibus oc-
cupati, vt illic nō ſit locus diuino cōſilio, de nō ducenda vxore. Hi aūt affectus vocātur quinq; iuga bo
um, villa & vxor. Tu aūt obſerua verbū hoc, ſed quibus eſt datū de hac tantum virtute dictū: quę vita
cœleſtis eſt, in carne videlicet pręter carnem viuere. Nā homo quidē cū ad cęteras virtutes a natura in-
clinetur, in hac natura omnino repugnat, quia inimicus nō tātū ad fores pulſat: ſed hęret in viſceribus. Geneſ.4
Dicit multa hic Abulen. De ligatis, & quomodo hoīes per artes maleficas faciūt vt genitale eorum vi Abulenſis
deatur maius, fęminis, ꝙ ſit ſecundū veritatē & ꝙ ipſe patiatur delectationē ſolito intenſiorē, cū hec &
ſimilia nō ſint in veritate. Sic fęminæ quędā per eandē deceptionē illuſę horrent penē viri quaſi iuſt? ma
ius. Dicit & illud. Dęmones nullo modo cōpelli poſſunt quibuſcūq; maleficij in verbis vel ſignis, vt ad Dęmones
ſint cū inuocātur, ſed ipſi mentiūtur ſe cōpulſos, quo facilius fallant. Secus eſt aūt de eccleſiaſticis exor-
A giſmis, tūc enim reuera cogūtur exire de obſeſſis corporibus. Alioqui ſi dęmones cogi poſſent per male-
ficia, nunq; id docerent hoīes per quod cogi poſſent, cū ſint ſuperbiſſimi. Et verū eſt ꝙ ſępeſępius Deo
permittente ipſi ligant cōiugatos, quod tamē de adulteris nunq; legimus. Hęc ille. Auguſtinus. De ago 2.Cor.12
ne chriſtiano. Inter certamina chriſtianorum bella caſtitatis ſunt duriora. Id teſtimonio eſt Paulus, qui Canti.2
pro hac tātū pugna remouēda orauit tertio, cōtra hanc exclamat ſe miſerum, hanc vocat angelum ſata-
nicum: de hac noluit tentari dominus Ieſus Chriſtus lilium inter ſpinas & flos campi. Quia igitur virgi Virginitas
nitas dicit ſtatum perfectum factus/103/non vult deus omnibus dare perfectionem iſtam. Et ſi multi ex
naturali deſiderio inclinent quaſi a ſe ipſis ad eam conſequendam ideſt conſeruandum, non concurrit cum
illis deus efficaciter, & ita non ſeruant illam, quia deus non vult dare hanc margaritam oībus, & ſic ve
rum eſt, ꝙ non omnes capiunt verbum hoc de virginitate conſeruanda. Vnde iuxta ſacros canones reus
B fracti voti non tenetur, qui temporale obſequium in perpetuam obſeruantiam religionis cōmutauit: cu 33.q.5.Tūc
ius pręcipuum votum caſtitas eſt. De voto & voti redemptione. Sequitur textus. Sunt enim enūchi ſoluabitur
qui de vtero matris ſic nati ſunt. Et ſunt enunchi qui facti ſunt ab hominibus enun-
chi. Et ſunt enunchi qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnū cœlorum. Qui pōt ca-
pere capiat. Enūchus ab hominibus factus, oīa poteſt facere in fęmina etiā virgine hoc vno tantum
excepto, ꝙ ſemē nō emittit. Εὐνὴ Χοσ gręce ꝑ inde ſonat quaſi cubilis cuſtos, ꝙ Barbari huiuſmodi effę
minatis portentis ſuas vxores ſeruādas cōmittere ſoleant. Vide Eſter Cap.1. Cęterū vi execti ſpadones
vocantur. Magiſter ſentētiarū aliter exponit, id ipſe viderit. Dicitur enunchus ab eune cubile & echo,
cuſtodio, teneo. Sunt igitur tria genera enunchorum, vnum eorū qui nō poſſunt vel nō appetunt cōgre
ſſum fęminæ, alterū genus eorū qui vi executur, tertium eorum eſt qui volētes propter regnū cœlorum
ſibi ipſis immittunt caſtitatis frena. Cęterū qui vi vel metu includuntur in Cęnobijs ad nullū iſtorū triū
C generum videtur pertinere, niſi neceſſitatem in voluntatē couertant, ſicut legimus de Paulo primo ere Hierony.
mi cultore, referente Hieronymo. Noui enim & bene noui fęminā quādam quę annis/15/ſtetit in Cęno
bio & profeſſa eſt ſolēniter tria religionis vota: & ſemper perſeuerauit in propoſito nubēdi, & tandem
nupſit publice in epiſcopatu ſal nātino. De his plura dicere nō licet, ne malū benę cōditū excitemus. Ita
ꝙ de tertio genere dictū eſt, ſed quibus datum eſt. Datur tamen his qui petierūt, qui vt acciperent: corp?
diſciplinę ſubdiderunt cum Paulo Qui poteſt capere capiat. Qui poteſt emere hanc margaritam virgi- 1.Cor.9.
nitatis, emat, & fiat ſicut vter in pruina. Qui impotens eſt, maneat in ſegor, Geneſ.19. Nā Lucretia & Geneſ.38
Thamar vim paſſæ ſunt, 2.Reg.13. Altera Thamar concubitū ſuffurata eſt. Nā Bethſabeę forſitan no- Bethſa be.
lens volens tacuit: futura regina & tot regū mater ex plebeia. Malefici quidē quādo hoīes ligāt, vel fa
ciūt circa coitum alia, faciūtq; hęc mediātibus aliquibus obſeruationibus re ū quas ligant vel exurunt Abulenſis
& terrę infodiunt, vel demergūt pelago, tamē nulla actio vel operatio vel cauſalitas inde eſt, ad ea quę
patitur, vir vel fæmine ligati, quia illa nō ſunt huiuſmodi quibus iuxta naturam ſuam cōpetit talis effi-
D catia. Etiā dato ꝙ haberent: tamē agere non poſſent propter elongacionem, cum ſecundum naturā im
poſſibile ſit eſſe actionem niſi per cōtactū, Sed dæmones hęc factitant per motū ſui ipſorū, ſine applica
tione alterius rei cōprimendo viri verenda aut ponendo aliquid intra organa genitalia, quo poſito, ſta-
tim cōcidat genitale mēbrū ante cōtactū fæminę. Volunt tamen dęmones ꝙ ſuperſtitione iſtę ſint pre- Dęmones
uię: vt magis hominibus imponāt: ſubijciantq; cultui ſuo. Si dicas, inuentis maleficijs & ſolutis: ceſſant
impedimenta: verum ais, ſed dæmones id faciunt, vt fallant, tota enim operatio a dęmones eſt. Verū au-
tem liceat maleficium tollere reccurrendo ad maleficios, Dicit Abulen. ꝙ nullomō licet. Quęre Scotum.
Legimus de Agathone viro forti cui tegmē lupina pellis, certamēq; ei cū apris lupis ac tauris, quorū om Agatho.
niū vulnera oſtētare ſolebat, veſcebatur lacte aſinino, quod ei leuius iucūdiusq; videretur. Cratera ei iu
ſſu Herodis allatum lac, reſpuit dicens, haud purū eſſe, ꝙ odore muliebri offenderetur, cū eſſet caſtiſſi-
mus. Sciſcitans de inde Herodes, cōperit id mulierem lac mulſiſſe, mirumq; id oībus viſum eſt. Euchrates
philoſophus manibus verēda nō attingebat. Orpheus iuxta fabulas cātu deos inferos demulſit, ab amo
E re aūt ſuperatus eſt. Itaq; qui poteſt capere capiat, ſicut dicit Paulus, de virginibus pręceptū domini nō Ambroſ.
habeo. 1.Cor.7. Ambro. Non enim imperari poteſt virginitas, ſed optari, nā quę ſupra nos ſunt, in voto
magis ꝙ in magiſterio ſunt. Si autē quis mihi pretendat veſtales virgines & palladis ſacerdotes, qualis
iſta eſt non morū pudicitia ſed annorum, quę nō perpetuitate ſed etate pręſcribitur, ipi docent virgines
ſuas non debere perſeuerare nec poſſe qui virginitati finem dederūt. Decēnio inquiunt doceātur, decem
nio laborent, decēnio doceant, & deincepſ nubāt ſi velint. Qualis eſt illa religio, vbi pudicę adoleſcētes
iubentē eſſe, impudicę an?: O myſteria o mores, vbi neceſſitas impon. ſi caſtitati, autoritas libidini dat.

KK Cęterum veſ.

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

Cęterũ Veſtales hę nõ propter regnũ cœlorum eunuchizabantur. De quo alias. Illud obſeruandum q̃d
..tanas. alias dixi...s:cum eſſent Romę Veſtales ſex ſeruantes virginitatem ad tempus, erant Corinthi fœmi-
Hierony. nę numero mille proſtitutę in honore veneris. Hierony. Bene ergo dixit Paulus, de virginibus pręcep-
Plutarch? tum domini nõ habeo, 1. Cor, 7. Quia contra naturam imo vltra naturam eſt, nõ exercere quod natũ
mus:interficere in nobis radicem noſtram:& quaſi intra fornacem poſiti corporis noſtri, rorem non ſẽ
mas experiri cum tribus pueris, Dani. 3. Et in humano corpore angelicam conuerſationem acquirere. Vt
autem refert Plutar. Ignominiã quãdã ijs qui vxores ducere noluiſſent Lycurgus addidit, arcebantur eñ
in gymnicis ludis a ſpectaculo, per hyemẽ vero principes iubebant eos in orbem nudos forum circũire.
Ita vero circũ euntes canebant in ſemetipſos compoſitum quoddam carmẽ, quo ſignificabatur eos iure
pati, quoniam legibus non parerent. Honore autem quo iuuen? proſequũtur ſeniores priuabãtur. Qui
dercillidas ob rem dictum illud in Dercyllidam dãnauit nemo, tam & ſi probatus ille dux extitiſſet. Superuenienti
enim ſibi, quidam ex iuuentute ſubſellium haud ceſſit, inquiens. Neq; enim mihi tu qui cederet genuiſti.
Cęterum epaminoadas dux nobilis cum iã iã efflaturus animam reprehenderetur a Pelopida duce no-
bili item, q vxorem non duxiſſet, quaſi male in eo patrię conſuluiſſet vide inquit ne tu peius conſulas,
Pelopidas qui talem ex te natum relicturus ſis, habebat enim Pelopidas filium vnicum, & hunc infamem. De hoc
Plato; ita ſanxit/4/de republica. Qui vxorem non duxerit quinq; & triginta annos nactus, ne ſolitariã
vitam lucro ſibi & voluptati fore cenſeat tanta in annos ſingulos mulctetur pecunia. Si de maximo cẽ
ſu eſt, ſingulis annis drahmis centum mulctetur. Si de ſecundo cenſu ſeptuaginta. Si de tertio ſexaginta.
Si de quarto triginta drachmis. Siquis autem ſingulis annis non perſoluerit, decuplum debeat. Quod au
tem dicit Plato hoc loco, q per generationem acquiritur immortalitas, id dixit, preſupponẽs mũdi ęter-
Plato. nitatem, tamen Alexander dicebat duabus potiſſimum rebus mortalem ſe intelligere, ſopore videlicet &
Alexãder. coitu, quas ſola naturę infirmitas pareret. Ad hęc Auguſtinus. Ita verum eſt nõ omnibus dari a Deo, vt
Auguſti?. multi hodie facilius ſe tota vita ab omni concubitu abſtineant, q̃ modum teneant nõ coeũdi niſi prolis
amore: ſi matrimonio copulentur. Multos habemus virgines & integros, quem tandem habemus aut au
diuimus inter familiaria colloquia, ſiue eorum qui coniugati ſunt, ſiue qui fuerunt, indicantem nobis: nũ
q̃ ſe coniugi fuiſſe commixtum: niſi ſperando conceptum: Igitur qui poteſt capere verbum Chriſti, eli-
gat cum Chriſto & immaculata virgine optimam partem, quod ſi non ſe continet, nubat. Melius, eſt
enim nubere q̃ vri. Non q non comburatur coniugatus, quia hoc rubi illius proprium fuit, in quo arſi
1. Cor. 7. deus homo, ſed vritur licet non ita intenſius. Exod. Capite. 3.

Caput. xi. Offeruntur domino paruuli vt imponeret illis manus, indi-
gnantibus ſuper hoc apoſtolis. Paruulorum eſt regnum cœlorum. Po
nitur & parabola hominis habentis oues centum: & vnius perditę &
inuentę: & cum gaudio reuertę ad caulas.

TVnc oblati ſunt ei paruuli vt manus eis imponeret & oraret. Diſ-
Matt. 16 cipuli autem increpabant offerentes. Quos cũ videret Ieſus, indig
Marci. 10. ne tulit, iuxta Marcum. Et conuocans illos dixit. Sinite paruulos ve
Luce. 18. nire ad me, & nolite eos prohibere talium eſt enim regnum cęlo-
rum: vel regnum dei. Amen dico vobis: quiſquis non receperit re
gnum dei velut paruulus, non intrabit in illud: iuxta Marcum & Lucã
Marcus: Et complexans eos: & imponens manus ſuper illos: bene-
dicebat eos. Quoniam de innocentia eorum qui ſequuntur agnum quocunq; ie
Apoc. 14 rit ſermo pręceſſerat, commodum offertur exemplum ſimul & abſolutę puritatis
& iuſtitię ſine qua virginitas fatua eſt, quia nomen portas ſiue reportat lampadem id eſt virginitatẽ, q̃a
caſtrauit ſe propter regnum cœlorum: portat autem vacuam: quia humilis non eſt. Super quẽ autem re
quieſcet ſpiritus meus: & ad quem aſpiciam niſi ad pauperculum ſpiritu & contritum & trementem ſer
mones meos: Eſai. 66. Hieronymus: habitator cęli qui in terris templum ſe habere denegat humilem &
Hierony. quietum & trementem ſermones ſuos hominem libenter aſſumit in templum: & hunc complexatur: bene
benediciti nquiẽs. In pinguedine terre & in rore coeli de ſuper erit benedictio tua. Gene. 27. Aderant igi-
tur parentes qui ſumme optabant paruulos ſuos offerre omnium bonorum datori vt eis manus impone
ret: benedictus enim erit: cui tu benedixeris, & maledictus cui maledixeris. Num. 22. Maledixit ſerpenti
Geneſ. 3. Maledixit & ficui, & radicitus exaruit. Optabant igitur parentes vt manum imponeret paruu
Matt 21. lis & pro eis oraret: rati: vt quemadmodum nouerant contactu manuum ſuarum omnem morbũ lique
cere ſicut cera ante ignem, ita contactus eius illeſos ſeruaret infantes a morbis a ruinis ab incurſibus &
Pſ. 67. demonijs meridianis: & a cęteris nocumentis quibus ętas illa ſubiecta eſt: niſi ſanctorum angelorum mu
niatur cuſtodia. Apoſtoli igitur qui adhuc tanq̃ homines ſapiebant: indigne ferebant id: exiſtimãtes eãn
Dani. 7. tę maieſtati non congruere infantium ac fœminarum improbitate diuexari: cui milia milium miniſtrant
A. Cęſar. angelorum. Auguſtus. C. animi laxandi cauſa modo piſcabatur hamo: modo talis nucibusq; ludebat
cum pueris minutis, quos facilitate & garrulitate amabiles vndiq; cõquirebat, pręcipue Mauros & Sy
ros. Vnde communi conſenſu & ſententia populi pater patrię appellatus eſt. Cur igitur Dominus Ieſus
qui apud Eſaiam loquitur, portamini a meo vtero & a mea vulua hoc officij genus detrectaret: Qui pa
Eſai. 46. ter vocari voluit; qui ſe gallinę ſimilat, paſtorem vocat bonum: vt infantes in vlnas ſuſciperet (hoc eñ
ſignificat

Fondo Reservado de
EL COLEGIO DE JALISCO

ſignificat verbum ἐναγκαλισαμένος: enancaliſamenos in vlnas ſuſcipere, ſicut ipſe infans dierum qua- Luc. 2.
draginta a Simeone ſuſceptus eſt) cõplexaretur & eis benediceret, qui crucẽ ſuper ſe tulit. Dominus er-
go tam & ſi non ignoraret hęc a ſuis officioſa quadam ſedulitate geri, indigne tamen tulit factũ apoſto
lorũ, qui ſummã eius modeſtiã nõ dũ plene intellexerant, cũ ex vnov ngue liceret eis ſi perſpicaces eſſent
totius leonis conijcere molem, vnde ait. Sinite paruulos &c. Hieronymus. Nec tamẽ dixit horũ eſt re Hierony.
gnũ dei, ſed taliũ, qui malicia ſunt paruuli iuxta apoſtolũ. 1. Cor. 14. Nã ſunt & pueri annorũ cẽtũ q̃ ma
ledicti ſunt. Eſai. 66. Sũt & paruuli ętate: malicia iuuenes, quibus maledixit ſanctus Heliſęus, & lacera
ti ſunt ex eis quadraginta a duobus vrſibus. 4. Re. 2. De his paruulis habes Geneſ. 19. Vallauerũt domum
Loth a puero vſq; ad ſenem. Notãdũ verbũ a puero ad ſenem vſq;, cum vtraq; ętas iſta inofficioſa eſſet
ad vitiũ illud. Quales putamus parẽtes qui tales inſtituebãt filios? Nõ igitur ętate paruulorũ dabitur re
gnũ cœlorũ, ſed vitę immaculatę: de qua dicitur ſenectus illius venerabilis eſt, qui cõſummatus in breui
A explevit tempora multa. Benedixit igitur paruulis, id depoſcẽte parentũ ſimplici & ſyncera fide. Auguſ- Auguſti.
tinus. Si pęniteo parcis, ſi reuertor ſuſcipis, dũ differo, pręſtolaris. Doces ignorãtem Abimelech. Gen. 20.
Mętentem mulces Caim. Gene. 4. A ruina ſuſcitas Dauid. 2. Reg. 12. Ouẽ humero imponis. Luc. 15. Par-
uulos amplexu dignaris, & ſubulcũ oſculo ſuſcipis. Propter veritatem & mãſuetudinem tuã intẽde pſ- ps. 44.
pere. Dicit Alex. Ales. 1. p. q. 39. In fine, q̃ paruuli in limbo exiſtẽtes licet nõ videãt ipſum fontẽ lucis dũl Alex. ales
tamẽ vidẽt & intelligũt cętera per ipſum, & ſic cũ miſericordia puniũtur, quia nõ habẽt oĩmodã caren-
tiam. Addit huic cõcluſioni. S. Thomas illud. Animę ſeparatę decedẽtes cũ originali tãtũ, cognoſcũt om S. Thom.
nia naturaliter cognoſcibilia a ratione & multa alia. 2. Diſt. 33. q. 2. Hęc cõcluſio quia nõ cõtradicit ſcrip
turę, licet ex ea nõ probetur, teneri poteſt. **Erant autem appropinquantes ei publicani & pe
ccatores vt audirẽt illum: & murmurabant phariſęi & ſcribę dicentes hic peccato-
res recipit: & manducat cum illis.** Cõqueritur domin⁹ per prophetã de populi ſui duritia & adã
mãtino corde, nec tamẽ cõqueritur q̃ peccauerit ſeptuagies ſepties diẽtim: Matt. 18. Solus enim deus eſt
B in quẽ peccatũ cadere nõ poteſt: cõqueritur aũt: q̃ ex quo peccauit, nõ imitatus eſt parẽtem ſuũ, qui nu-
ditatem ſuã agnoſcẽs, cõfuſus erubuit. Vnde dicit ad eos. Cõfuſi ſunt, quia abominationẽ fecerũt: Quin
potius erubeſcere neſcierũt. Hiere. 6. Tãdiu ſpes ſalutis eſt inquit Hieronymus quandiu delictũ ſequitur
verecũdia, & cõſcientia peccatorũ lucet in facie: ſicut ſcriptũ eſt, nõ audebat oculos ad cœlũ leuare, ſed Hierony. Luc. 18.
inferebat pectori, vbi cõſcientia rodebatur a verme illo athanato. Tu igitur qui cũ Dauid iniquitatem
tuam cognoſcis (nã iſti cẽſores erãt populi, mãticã ſuam nunq̃ inſpiciebãt, ac pro inde murmurabãt) &
peccatũ tuũ coram te eſt ſemper, & nõ atergo, ne cũcteris venire ad eũ qui toties replicat verbũ illud, ps. 50.
reuertere: reuertere: reuertere: reuertere ſulamitis vt intueamur te. Ad litterã tãgit reditũ filiorũ iſrael de Canti. 6
captiuitate babylonica: & dicit quatter reuertere, quia quidã cũ Zorobabel quidam cũ Eſdra, quidam
cũ Neemia, nõ nulli cũ Machabęis vel alias redierũt, Verũ peccator toties diſcedit, quoties peccat morta
liter, & fit porcorũ ſubulcus. Reuertitur aũt, cũ ſapit vel ſero, de quo infra. Ad hęc Chryſoſtõ. Si ira dei Chryſoſt.
C eſſet paſſibilis affectus, recte diceremus, nõ poſſe iã reſtringi flãmã, quę tot ac tãtis acceſa ſit malis. Cũ
vero impaſſibilẽ eſſe diuinam naturã diffinitio veritatis oſtẽdat, intelligere debemus, q̃ iam & ſi puniat
deus, & ſi pęnas infert: nõ hoc cũ ira paſſibili ſed cũ ineffabili clemẽtia facit: medẽtis nõ punientis affectu
& ideo valde libenter ſuſcepit penitẽtẽ. Cur aũt nõ ſuſcipiat: etiã murmurãtibus inſanis freneticis, cum
in hũc mũdũ iuxta apoſtolũ nõ in aliud venerit: In quid: Vt peccatores ſuſciperet, quorũ prim⁹ ego ſum 1. Tim. 1.
ſed ideo miſericordiã cõſequutus ſum, vt in me primo oſtenderet chriſtus omnẽ patiẽtiã ad exemplũ eo
rũ (pros hypotipoſim) qui credituri ſunt illi in vitam ęternam. Chryſo: Quod Paulus dicit tale eſt. Sit Chryſoſt.
ciuitas quędã populoſa cuius ciues omnes mali ſint alij plus alij minus. Omnes tamẽ peccatis obnoxij,
vnus aũt inter cęteros ſit ſceleribus famoſus ſicut alter Abſalõ, ac prę oĩbus ſupplicijs dignus, quippe q
omne genus nequitię exercuerit, patrẽ ſuũ pellens regno, quęrẽs ad mortem oĩbus neruis, vxores eius in 2. Reg. 16
facie omnis populi pollucẽs. Si igitur dixerit quiſpiã, regẽ omnes velle venia donare, qui partes eius adiu
D uerũt & fouerũt, nõ ita verbis eius fides adhibebitur, ſicut ſi videat eũ qui plus oĩbus grauiuſq; delique Paulus.
venia eſſe donatũ, ſi viuus repertus fuerit, dicẽtẽ domino ſeruate mihi, ſeruate puerũ: ſeruate puerũ Ab
ſalonẽ. 2. Reg. 18. Nulla enim iã ambiguitas remanere poterit, nullus ſcrupulus, quin toti regno exiſtime
tur velle ignoſcere regẽ, quãdo vidẽt eũ abſolutũ, qui erat tantorũ malorũ autor & caput. Hoc eſt er- Actu. 9.
go quod Paulus dicit. Cũ vellet deus certos facere homines: q̃ oĩa eorũ peccata donare paratus eſt, cũm
elegit qui plus oĩbus deliquerat, cui ſcelera cũcta dimitteret nouo remiſſionis genere. Me enim potiſſi
venia, nemo iam de ſe dubitare permittitur. (Sic enim habes cõſuetudo loquẽdi, ſi huic ignoſcit deus de
cem millia talentum, nemĩnẽ puniet. Vt per id oſtendatur, ipſum quidem venia indignũ fuiſſe, verũ eam Analogia
aliorũ pro ſalute meruiſſe. Ita ergo dicit. Vt alij ſpem cõciperent remiſſionis peccatorũ ſuorũ qui minus
peccauerũt, ego in exemplũ propoſitus ſum, in quo deus omnẽ patientiã oſtendit. Omnẽ inquit. Nullus
eſt inquit in quo maior ſit habẽda patientia q̃ in me, qui fui blaſphemus &c. Ideo ſi tantũ ac talem pe
ccatorem e media reuocauit viã eũtem pręcipitem ſpirantem flãmas & cędes: & ad tertiũ cœlũ euexit,
E nemo miretur, ſi minores peccatores ſuſcipit & manducat cũ illis Et ſi parua ſint iſta adijciet mule
maiora. 2. Reg. 12. Quę illa? Oſculo dignabitur ſuariũ, ouem humeris imponet, quatriduanũ malẽ olentẽ
menſę ſuę participem efficiat, Ioan. 12. Erant igitur appropinquantes ad Ieſum peccatores inſignes qua-
les erant publicani. Quare? Pędicabat ſecũdam tabulam poſt naufragiũ: quia ſatius eſt recurrere: q̃ ma Can. 8
le currere: & manus eius tornatiles erãt: & nõ quales Moſi, Exo. 17. Aut Roboami. 3. Reg. 12. Abſolue-
bat a culpa & a pęna: illud tantũ ſubijciens: iam noli peccare. Ioan. 8. Et Cap. 8. Tenemur enim iuxta
Alexandrum

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Alexandrum, ſemper nolle peccaſſe, ſed nõ pro ſemper. Verũ inſani iſti qui dicere poterãt cũ Paulo nihil
Rom. 8. mihi cõſcius ſum, de preſenti (1. Cor. 4.) & ſcio ꝙ nec mors poterit me ſeperare a charitate chriſti, de fu-
turo: ac cõſequenter nõ erant ſicut cæteri, vt qui inuulnerabiles eſſent, & medico nõ egerent nõ ſancieſ-
cebant, deum viuebãt: diui iã erant, murmurabãt de medici bonitate manſuetudine & clemẽtia, ꝙ opas
ſuas gratis expendebat: peccatores ad pęnitẽtiã inuitabat. Iſti ſunt locuſtę illę de quib⁹ Apoc. 9. Quę ha
bebãt facies quidẽ hoium, capillos mulierũ, quia molles viri: dentes leonũ, percutientes lingua, caudas
ſcorpionũ, dicẽtes bonũ malũ & malũ bonum. Eſai. 5. Impetu equi, pacis oſores, mõſtra horrenda. Vidi
ſti chimęras, foris Aarones, intus Abirones. Murmurabãt inquit ꝙ bonus medicus verſabat inter ęgros
Genes. 4 illos ad curã ſuſcipit, cum illis manducat. Nam illi adeo ſani ſibi videbantur, vt dicerent, medice eſto me
dicus tibi, num & nos in numero cęcorũ reponis? Ioan. 9. Medicus autem in domo tua o Zacchęe opor
tet me manere. Et ſequitur de ſanitate donata, hodie domui huic ſalus a deo facta eſt. Luc. 19. Quare do-
mui huic? Quia hic filius eſt Abrahę, qui & ipſe agnouit infirmitatem ſuam dicens. Loquar ad dominum
meum, quãuis ſim puluis ex prima origene, & cinis quia mortalis. Cinis enim ſignum eſt ignis extincti.
1. Tim. 2 Dominus tamen qui omnes vult ſaluos fieri, & nullum non mouet lapidem vt omnes ad agnitionem
Chryſoſt. veritatis perueniant, tres ſubijcit parabolas in conſequentibus, in quibus vnũ hoc tantum infertur chri-
ſtum dominum in hunc mundum ad nihil aliud veniſſe q̃ vt veritatem doceret, ad illam peccatores at-
traheret, attractos ſanaret & humeris impoſitos ſecum in cœleſtia transferret. Eſt autem diſcrimen inter
iſtas tres parabolas iuxta Chryſoſtomũ, ꝙ pater quidem non requirat filium peregrinantem, occurrat
Filoſohp⁹ tamen venienti, paſtor vero ouem errantem requirat & humeris imponat, drachmum vero etiam lucer-
na accenſa quęritur diligenter, ſed tamen gaudium in tribus vnum eſt. Iſti igitur murmurabant de paſto
ris ſollicitudine in requirenda oue, quoniã iuxta philoſophũ, omnino perditi non miſerentur, nihil enĩ
Luc. 15. ſe amplius paſſuros arbitrantur, vltima iam paſſi. Verũ iſti non ideo non miſerebantur quia perditi erãt
ſed propter id quod ſequitur ex philoſopho, nec illi miſerentur, qui ſe fęlices eſſe credũt, nihil enim ſe pa-
ti poſſe exiſtimant, 2. Rheto. Cap. 8. Dimittamus igitur hos qui ſoli ſapiunt, & audiamus paſtorẽ. Ait
ergo ad illos parabolam iſtam dicens. Quis ex vobis homo qui habet centũ oues
Matt. 18 & ſi perdiderit vnam ex illis: nonne dimittit /99/ in deſerto: & vadit ad illam quę pe-
Serpens. rierat donec inueniat eam: Et cum inuenerit eam: imponit in numeros ſuos gaudens
& veniens domum conuocat amicos & vicinos dicens. Congratulamini mihi: quia
De pęnit. inueni ouem meam quę perierat. Dico vobis ꝙ ita gaudium erit in cœlo ſuper vno
Diſt. 1. cap̃ peccatore pęnitentiam agente: q̃ ſupra /99/ iuſti qui non indigent pęnitentia. Obſeruã
Serpens dum principio ꝙ quę ouis eſt, ea eſt & drachmum iten & filius perditus. Qui ſunt autem iſti paſtor mu-
lier & pater? Deus pater, Chriſtus Ieſus & eccleſia. Chriſtus nos ſuo corpore vehit, qui pelles peccatorũ
Genes. 27. noſtrorum in ſe ſuſcepit: quas reſurgens: in lectulo ſepulchri reliquit. 1. Reg. 19. Quęrit autem nos eccle-
ſia, ſuſcipit pater cœleſtis: & ſuſceptos induit & menſę ſuæ participes facit: & oſculo dignatur, quo ple
na ſignificatur reconciliatio: & non ſicut Dauid: cuius verba ſunt, faciem meam non videat. Sed de paſ-
3. Reg. 14. tore primum dicendum eſt. Diues reuera eſt paſtor iſte: cuius natura humana centeſima pars eſt. Habet
enim angelorum archangelorum thronorum dominationum principatuũ, poteſtatuum & virtutũ cum
aſſiſtentium tum & miniſtrantiũ innumeros greges ſiue exercitus: quos in deſerto ſiue in montibus iux
ta Matthęum reliquit, a quibus homo ille montanus ab errans, ſtatim morſus luporum incurrit. Tanti
Luce. 10 igitur bonus paſtor ęſtimauit vnam hanc ouem (ſed vide ꝙ centenaria eſt) vt propter illam requiren-
Auguſti⁹. dam, reliquum gregem deſerat, qui nuſq̃ abeſt, & ipſe iuxta Auguſtinum inter requirendum iudaicis vẽ
Genes. 22 pribus laceratus ſit. Hęſit enim aries ille inter vepres i. deſt brachia crucis, cum in monte requireret Iſaa
illum, qui figuram geſſit humani generis. Et ne ouis hæc pręda eſſet cyclopum, oblatus eſt aries: q̃a ipſe
Rom. 5. voluit. Eſai. 53. Vna ouis errauit, quia in Adam omnes peccauerũt, nam & Eua de latere ei⁹ formata eſt
Genes. 2. ſic in Adam omnes moriuntur. Illud interim annotandum ꝙ ſi oues decem tantum eſſent, aliqua vide-
batur adhibenda cura pro vna quæ erat decima pars, nunc autem cum eſſet pars centeſſima, quanta eſt
Chryſoſt. clementia paſtoris. Chryſo. Paſtor bonus vnam ſe ouem dicit veniſſe quęſitum, cum tot errauerint, de
quibus ipſe (pręteremitto ſerpentes & reptilia oſtenſa Petro inter orandum) non ſum miſſus niſi ad oues
quę perierunt domus Iſrael: ſed vna certe eſt, qui ſic omnibus quaſi vni Diuina beneficia conferuntur.
Actu. 10 Vnde Paulus. Quod autem viuo in carne in fide viuo filij dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum p
Matt. 15. me. Gal. 2. Et hinc ſymphonides noſter Dauid affligebatur: quia non vſuram terrenorum debebat ſolue
re debitorum, donorum autem cœleſtium multam debebat ſummam. Quid inquit retribuam domino,
Ambroſi⁹ pro omnibus quę retribuit mihi? Sed videamus ſi poſſumus quid eſt quod dicitur, vna errauit, & ſi ce
ps. 115. tenaria. Nam & Abraham tandiu filium non accepit ex diuina repromiſſione, quandiu non eſt ingreſ-
Beda. ſus annũ centeſſimum. Sciendum igitur iuxta Bedam & Nebriſſenſem noſtrum, ꝙ computatio per di-
gitos digeſta apud antiquos in leua fiebat vſq; ad nonaginta nouem. Cum autem dicebant centum, a
leua tranſibant ad dexteram, dicentes centum eiſdem digitis in dextera, quibus dixerant decem in ſiniſ-
tra. Verbi gratia. Minimus digitus medię volę appreſſus: vnũ ſignificat. Medicus cum minimo eidẽ vo
lę appreſſus duo. Medius qui & infamis dicitur cum pręcedentibus appreſſus: tria. Minimus ſublatus, re
liquis duob⁹ appreſſis: quattuor. Medico tantum impreſſo: quinq;. Medico tantum impreſſo volę: ſex
Minimus radici manus impreſſus: ſeptem. Cum dicimus octo, medicum cum minimo pones. Medius,
medicus/minimus radici manus impreſſi: nouem ſunt. Indicis ſummitas nodo pollicis medio admota de
cem ſunt, Pollex in partem manus domeſticam inflexus: fiunt viginti. Pollicis atq; indicis ſummitates
coniunctę, ſunt

EL COLEGIO de JALISCO

coniũctę,ſunt triginta. Pollicis nodus nodo medio indicis cõdilo impreſſus, ſunt quadraginta. Pollicis
exterior artus inſtat grecę litterę.γ.incuruatus ad palmã,ſunt quinquaginta.Index ſuꝑ ſummitatẽ polli-
cis circũductus ſunt ſexaginta. Pollex atq; index diuaricati atq; diſtẽti,ſiũt ſeptuagita. Pollex indici atq;
medio inſertus,octoginta.Indicis apex radici pollicis ad motus,ſiũt nonaginta.Deinde trãſferẽtes ſup-
putationẽ in manũ dexteram,cẽtũ deſignabimus,vbi fuerũt decem in leua.Ducẽti vbi viginti & ſic vſ-
q; ad nongẽtos.Mille vero in dextra vbi vnũ in ſiniſtra.Quid ergo inferre volumus ex his,niſi illud,
ꝙ tãdiu eccleſia eſt in leua(per quã vita pręſens figuratur iuxta Gregoriũ)quãdiu vna hęc ouis requiri Gregori⁹.
tur & a leua trãſfertur ad dextrã cũ Maria ad vnũ bonũ & neceſſariũ:Vt videlicet vna ouis vna eccle- Luc.10.
ſia vni bono hęreat dicens,hucuſq; lęua eius ſub capite meo,a mõ dextera eius amplexabit me.Cãt.8.
Nõ ergo mireris ſi de toto grege ſiletur:& ob vnius ouiculę ſalutẽ angeli lętãtur in cœlo, quãdoquidem
A ipſa inuẽta,eccleſia a leua trãſfertur in dexterã,interim oẽs angeli ſunt miniſtri ei⁹,terẽtes frequẽtiſſime
ſcalam illam Geneſ.28.Et quod magis mireris,pũgnãtes ad inuicẽ iuxta Danielẽ pro cõmiſſis ſibi gre-
gibus.Nec angeli tãtũ ſed omnis creatura iuxta apoſtolũ gemit & parturit more fęminarũ.Ro.Cap.8. Cap.10
Sed liberabitur ab hac ſeruitute in die qua alligauerit dominus vulnera ouis huius. Eſai.30. Et ſol luce-
bit ſepties,& luna ſicut ſol.Quod ſi cui videtur iudiciũ pro vna oue inuẽta gaudere paſtorem,audiet,
amice phariſęe nõ facio tibi iniuriã.Si ego bonus ſum:quare oculus tuus neq; eſt?O quãta fęlicitas, vt Matth.20
de noſtra ſalute exultẽt cœleſtia,imo paſtor ipſe cõgaudere mihi inquit,quia nõ luſi operas meas,ſed in
ueni quod quęrebã.Sed vt dicã cũ bona venia paſtoris,quot quęrebat & quot inuenit?Cẽtũ requirebat
& vix vnã inuenit.Vnde probas?Si fuerit multitudo filiorũ iſrael velut arena maris, reliquię ſaluę fiẽt, Eſai.10.
Reuocat tamẽ ouem hãc cẽtenariã paſtor ad caulas,nõ violẽter vrgẽs(abſit)aut verberibus ſtimulo ve ps.68.
agitãs:qui enim ita reuocãt,dolorem ſuper dolorem vulneribus paſtoris adijciũt,ſed humeris ſuis,hume
ri autem chriſti iuxta Ambro/brachia crucis ſunt.Illic peccata noſtra depoſuimus, in illa patibuli nobi- Ambroſi⁹
B lis ceruice requieuimus.Nã & optimi medicorũ miſericordius gerũtur erga grauius ęgrotãtes.Adeo igi-
tur ęgrotabat ouis hęc,& impotẽs erat ad bonũ vt humeris egerit paſtoris.Cæterũ cũ peccatores vocen
tur in ſcriptura lupi graues,leones,pardi,vulpes,boues,ſcorpiones aquilę vppupę &c. Qui ſunt iſti q
oues vocãtur a dño?Nõ enim loquitur de iuſtis,ſed de his qui ab errarueũt a reliquo grege.Reuera tales
eramus quales oſtẽſi & ſumus in viſione vicaria boni paſtoris Actu.10.Sed abluti ſumus vino,ſancti- Luc.10.
ficati oleo: iuſtificati aqua & ſanguine,1.Cor.6.Et mutauimus varietates noſtras exuẽtes veterẽ ho-
minẽ.Colloſ.3.Sicut de quodam lupo ſcriptum eſt:Bẽiamin lupus rapax:nũ ſemper lupus?Abſit.Mane Geneſ.49.
rapax:veſpere ouis.Cęterũ cõparatione ſerpẽtis illius:qui callidior erat cũctis animãtibus:ois homo o- Gene.3.
uis eſt.Vocãtur etiã peccatores oues: iuxta illud alias oues habeo,quę nõ ſunt ex hoc ouili:gratia pręſ
deſtinationis:iuxta illud:nouit dñs qui ſunt ſui.2. Tim.2.Hęc eſt igitur ouis cẽteſima quę poſt ſe traxit
paſtorem ſamaritanum,qui deſcẽdit eadẽ via:quia & ipſe vere incidit in latrones, Luc.10. Angelos aũt
C apoſtatas quia ſanaturus nõ erat nõ quęſiuit.Cũ igitur audis,quis homo habẽs cẽtũ oues, angelorũ &
hoium creationẽ intellige,licet de angelis quãdo creati ſint ſcriptura nõ dicat;nec in hoc inter doctores
cõuenit.Quãdo aũt dicit,& ſi perdiderit vnã,lapſum primorũ parẽtũ cõmemorat cũ dicit, reliquit/99/
in deſerto vel in mõtibus,formã ſerui aſſumptã intelligit,in qua cũ hoibus cõuerſatus eſt,& apud Labã Baruc.3.
ſeruiuit annis viginti Geneſ. Cap.29. Et videbãtur ei dies pauci pręamoris magnitudine quo ferebatur Figura.
in Rachelem,Rachel aũt ouis interpretatur.Seruiuit igitur in frigore & caumate,nullũ interim nõ mo-
uẽs lapidem,vt oues ſuę fæcũdę eſſent,nulla ſterilis:nulla preoccuparetur a leone rugiẽte: & quęrente
quẽ glutiat,oẽs inquã gemellos parerẽt.Cãt.4.Cũ aũt dicit:inuẽtã ouem,humeris impoſitã,reuectat in 1.Petri.5.
paſcua:tẽp⁹ illud ſignificat;quo Iacob expleto miniſterio apud Labã,qui Iordanẽ vacuus trãſierat:bacu
lo tãtũ innixus Geneſ.32.Cũ duabus turmis regreſſus eſt ad parẽtes.Duo greges iſti oues ſunt cõgregatę
ex iudęis & gẽtibus ab eo qui fecit vtraq; vnũ.Eph.2.Nec magni refert vtrũ ſint duo greges an ouis vni
ca,quia ex reginis ſeptuaginta cõcubinis octoginta:& adoleſcẽtulis abſq; numero vna impletur & cõ
D ſtituitur eccleſia,Cãti.6.Vna virgo caſta iuxta apoſtolũ.Cũ aũt audis cõuocat amicos vt gaudeant & 1.Cor.7.
cõgaudeãt paſtori,intellige ineffabilem bonitatẽ paſtoris huius,qui per inde quaſi qui inſigni lucro au-
ctus ſit(oue vna cõditor cęli & terrę,in cuius cõſpectu oẽs gẽtes quaſi nõ ſint:& quaſi nihilum & inane
reputatę ſunt,& quaſi ſtilla ſitulę & momẽtũ ſtaterę Eſai.40.)Amicos cõuocat:amicorũ enim omnia Ambroſi⁹
ſunt cõmunia,& lucrũ & diſpẽdiũ.Proficiet aũt nobis niſi mẽtem perdidimus ad incẽtiuũ probitatis,ſi
vnuſquis noſtrũ cõuerſionẽ ſuã gratiſſimã fore credat cętibus angelorũ amicis paſtoris: miniſtris huius
ouis,quorũ aut deſiderare patrocinũ: aut vereri debemus offenſam.Imo & iuxta Gregoriũ cũ nos ad Gregorius
cœlũ reducimur,ſolẽnitatẽ lętitię boni paſtoris implemus,lupis interim ſęuiſſimis fremẽtibus & tabeſ-
cẽtibus.Cõcluſio.Dico vobis:gaudiũ eſt in cęlo ſuper vno peccatore vorato a ceto, & rurſus euomito,
&c. tong.2.Alex.Ales,Sciẽdũ ꝙ cæteris paribus deus plus diligit iuſtũ qui nunq; cecidit,ꝙ peccatorem Alex,ales
qui frõtem omnẽ poſuit,& pœnituit.Cõtingit aũt nec raro vt peccator canis videlicet mortuus reſur-
E gat:& antequerat meritorũ prerogatiua leonem vita functũ Ecẽs.9.In caſu igitur dato plus diligitur:
peccator pęnitẽs,ſit verbi gratia Saulus qui & Paulus,ꝙ vnus e turba iuſtorũ, non quia peccator fuit,
ſed quia pęnitẽtia ductus retulit triginta argẽteos,& deinceps abũdãtius cæteris apoſtolis laborauit in
multiplicãdo cẽſu chriſti.1.Cor.15.Vnde vox illa veri paſtoris poſt domiũ ſeſum.O filioli quos iterum Matth.27.
atq; iterũ parturio,donec formetur Chriſtus in vobis.Gal.4.Hiero. Quãtis difficultatibus & dolori-
bus fętus promãtur ex vtero;maledictio illa declarat dicẽs,in dolore paries & triſticia.Volẽs aũt apoſto
lus oſtẽdere paſtorũ & ouiũ ſollicitudinem;quos patiãtur affectus,ne diſcipuli excidant a ſalute: dicit/
filioli.Di-

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

filioli. Dixerat, 1. Cor. 4. Si multos pedagogos habeatis nō tñ multos parētes, ſed iā nō ſiſi pr ſed vt mr
Hierony. loquit, cū dicit, quos iterū parturio, vt vtriuſq; anxietatē & pietatē in ſe paternę agnoſcāt. Tātis autē
2. Cor. 11 difficultatibus naſcit hō: quantis poſtea ne intereat enutritur. Et rurſus illud, ſollicitudo oīum ecclīarū.

## Caput. xij. De drachma decima perdita: & tandem inuenta: poſt euerritam domum. Parabola de parente habente duos filios: cuius iunior recedens a domo paterna: cito omnia decoxit. & factus eſt ſuarius.

Vt quę mulier habens drachmas decem: & ſi perdiderit drachmā vnam: none accendit lucernam: & euerrit domum: & quęrit diligenter: donec inueniat eam? Et cum inuenerit: cōuocat amicas & vicinas dicens, congratulamini mihi: quia inueni drachmā quam perdideram. Ita dico vobis, gaudium erit coram angelis dei ſuper vno peccatore pęnitentiam agente. Quod fœminę aſſimiletur bonus dominus nō nouum eſt apud eos qui ſcripturas terūt. Vnde illud, nūquid obliuiſci poteſt mulier: vt nō miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit, ego nun
Eſai. 49 q̄ obliuiſcar tui. Et illud. Audite me domus Iacob, q portamini a meo vtero qui ge
Eſai. 46. ſtamini a mea vulua. Drachma decima ipſa eſt ouis centeſſima, ſiquidem decies decem cētum ſunt. Hāc drachmam tanti ęſtimauit chriſtus: vt pro ea triginta diſtraheretur argenteis. Hanc ſi mulier perdiderit videns periiſſe ſibi non iam ex centum vnum, ſed vnum ex decem: diſpendium longe maius, nōne accendit lucernam (vt die noctuq; videatur quęſiſſe) & euerret domum totam, euertere autem inſipientię videretur/ & ſcrutabitur omnes domus angulos, nihil non mouebit loco, & breuiter non faciet quęrendi finem donec eam inueniat? Quod ſi contingat inuenire: labor enim improbus omnia vincit, conuocabit vicinas &c. Eſt enim ſeuera dominus Ieſus iuxta Auguſtinum auarus noſtrę ſalutis, vt vel ibi velit
Auguſti. colligere, vbi nihil ſeminauit. Ex quibus verbis ſoluitur quęſtio quę fieri poterat nobis a dicentibus quę
Luc. 19. eſt iſta drachma (eſt autem vnciæ octaua pars) idem cum denario diurno, de quo Matth. 20. Aut cuius p̄cij: pro qua inuenienda non horam vnam ſed annos tres & triginta mulier expendit, accenſa lucerna de qua dicitur, tu es lumen ad illuminationem gentium? Sed pręcium numiſmatis huius ille ſolus ęſtimare
Hiere. 6. poteſt, qui imagine ſua abſignauit. Drachmum hoc adeo degenerarat in argentum reprobum & in ſcoriam, vt imaginis illius caput tantum ſeruaret quod conditum erat, cętera aut argentea, aut ęrea aut ferrea, aut terrena eſſent. Et hęc eadem imago in quattuor erat diuiſa formas, quarū vna tantum erat hu
Figura. mana: beſtiarum tres. Bene ergo dixit propheta: homo cum in honore eſſet, nō intellexit, vnde compa-
ps. 48. ratur nō vni ſed multis iumētis inſipientibus, vt ſit aquila per rapacitatem, bos per ſtoliditatem, leo p ſęuiciam, homo per rationem. Venit ergo dei ſapientia accenſa lampade carnis ſuę, ſicut ſcriptum eſt, vi
Exo. 3. debat q rubus arderet, nec tamen cōſumeretur, non enim conſumpturus & perditurus venerat peccatores, ſed illuminaturus: q lampas erat iuxta Eſai. Ca. Sexageſſimū ſecūdo. Et q a drachma hoc intra domum perditum fuerat, ſed in fixum erat in limo in altitudine maris, & nō erat ſubſtantia, nō q homo p peccatum deſierit eſſe quod erat, ſed quia de eſſe gratię tranſiuit ad nō eſſe culpę: ſicq; tanta erat paup
Auguſti. tas in homine, vt nō haberet vnde ſeipſum redimeret: Chriſtus autem cum eſſet diues quippe qui in for
ps. 68. ma dei erat, pro nobis factus eſt pauper, vt eius inopia ditaremur, eius ſanguine dignoraremur, redimeremur. Vnde ipſe quęſiturus drachmum hoc, venit in altitudinē maris, vt educeret de lacu miſerię in ſanguine teſtamenti ſui vinctos ſuos. Venit in quam noſter Iſaac, & euderauit puteos quos paleſtini terra
Zach. 9. obſtruxerant, & inuenit aquam viuam. Genes. 26. Sicut igitur intra puteum erat aqua viua: ſed terra obſtructa, ita & mulier drachmum nō extra domum, ſed intus inuenit, poſtq; accendit lucernam: & mundauit domum a ſordibus, quas lōgi temporis ignauia cōgeſſerat. Origenes. Intra te eſt imago regis cœ
Origenes. leſtis. Filius dei pictor eſt huius imaginis: & quia talis ac tantus eſt artifex, obſcurari per incuriam poteſt deleri per maliciam nō poteſt. Manet enim ſemper imago dei in te, licet tu tibi ipſi ſuper inducas imaginem alicuius quadrupedis vel ſerpentis, iuxta illud, facies omnium ſicut nigredo ollę. Naum. 2. Nam
Drama. iuſtorum facies ſimilis eſt vultui Moſi qui fulgebat ex colloquio diuino. Exo. 34. Hęc eſt igitur mon
Dragma. Regia quam mulier requirebat: & inuenit, & inuentam reliquis nouem annumerauit: tanto per
Drachma plector factus (qui bonorum noſtrorū nō indiget) quanto hanc carius redemit: de qua redemptione & p tą exceſſu colloquebantur Moſes & Helias. Luc, Cap. 9. Iam ſemel dixi, q legendum eſt euerrit non au tem euertit. Si igitur mulier ſic eſt affecta erga numos ſuos, vt doleat quicq; perire, & rurſus vehemen-
ps. 12. ter gaudeat inuentum eſſe quicquid perierat, eſto eſſet fere nullius momenti, quanto magis deus optim9 maximus nihil volet perire ex his drachmis quę imagine ſua characterizatę ſunt, & pro quib9 ſeruandis ſemet in mortem tradidit, baiulans ſibi crucem. Ioan. 19. Gloria ſit tibi chriſti. Sequitur. Ait autē. Homo quidam habuit duos filios, & dixit adoleſcētior ex illis patri. Pater da mihi portionem ſubſtantię quę me contingit & diuiſit illis ſubſtantiam, Et non poſt multos dies congregatis omnibus: adoleſcentior filius peregre profectus eſt in regionē longinquam: & ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe: lucrando: luſtrando & dies ſuos in bonis ducendo. Parabola hec tertia licet generaliter intelligi poſſit de quolibet peccatore ſero licet: tamen reſipiſcente: (ſero dixi, quia poſt lōgas amicitias & conſuetudinem cum amatoribus ſęcu
Prouerbiis lis huius; factus tamen eſt recurrere q male currere per viam latiſſimam) & de iuſto, qui nunq; declinauit

adde...

Fondo ...
EL COLEGIO de JALISCO

ad dexteram ſiue ad ſiniſtram, ſed ſemper via regia inceſſit tamen pro tēporis illius quo dicta eſt ratione Num. 20
peculiariter ſignificat gentes, quę aliquando erant ſine deo, ſine ſpe ſine promiſſionibus, quę per gratiā
euangelij ex cauda factę ſunt caput, cancellante Iacob manus ſuas ſuper caput Ephraim & Manaſſe: & Figura.
Iudęos, qui iuſticiam ſuam volentes ſtatuere, hoc eſt iuſtificari ex operibus legis, ex capite in caudā ver Geneſ. 48.
ſi ſunt, iuxta quod ex ore Moſi ducis ſui audierunt, conſtituet te dominus in caudā & non in caput. Pa- Deut. 28.
ter igitur hic ille eſt de quo Eſai. Cap. 1. Filios enutriui annis quadraginta, & exaltaui de iugo captiuita
tis ferreę, ipſi autem ſpreuerunt me pendentem in cruce. Huius patris figuram geſſit Noe, cuius pudenda
vnus e filijs irriſit. Geneſ. 9. Oculum autem qui ſubſanat patrem, ſuffodiant eum corui carniuori. Pro. 30
De his duobus filius dictum eſt Rebeccę. Gene. 25. Duę gentes & duo populi ſunt in vtero tuo, maior au
tem ſeruiet minori. Et obſeruandum ꝙ hic vocatur maior Eſau, qui vix momento tēporis pręceſſit fra-
A tremſuum Iacob, & qui hoc loco vocatur minor vel adoleſcentior. Nam gentes natu quidem maiores
ſunt iudęis, ſed ad fidem vnius dei priores ſunt iudęi; iuxta illud, quādo diuidebat altiſſimus gentes, quā
do ſeparabat filios Adam: conſtituit terminos populorum iuxta numerum filiorum iſrael. Pars autē do-
mini & funiculus hęreditatis ſuę Iacob ideſt iudęorum populus. Deut. 32. Vnde iſrael vocatur filius pri-
mogenitus. Exo. Cap. 4. Ad hęc Hieronymus. Quod ſi ſuperbierit iſrael, audiens ſe eſſe primogenitum, Hierony.
intelligat primogenitum id circo ſe dici, quia ſecundi filij ſignificentur ex gentibus. Non enim appellatur
vnigenitus: qui excludat cæteros, ſed primogenitus vt monſtret alios ſequuturos. Et tamen iuxta myſ-
teria ſcripturarum non primogeniti accipiunt hęreditatem: ſed ſecundi. Primogenit⁹ fuit Cain, ſed Abel
munera placuerunt deo. Primogenitus Iſmael, ſed Iſaac accepit benedictionem & hereditatem. Primo-
genitus Eſau, ſed benedictionem patris Iacob ſupplantator anteuertit. Geneſ. 27. Primogenitus Ruben, Primoge-
ſed tamen benedictio ſeminis chriſti transfertur ad Iudam quartum filium. Idem videre licet in Moſe & nitis
Aaron, in Dauid & fratribus ſuis. Itaq; illi iuxta vocationis ordinem priui fuerunt & appellabātur ca Geneſ. 4
B put: nos ſecundi: qui dicebamur cauda & canes. Matth. 15. De illis autem dictū eſt, voca nomen eius abſ- 1. Reg. 16
ꝙ miſericordia. Oſeę. 1. De gentibus, acceperunt poteſtatem vt filij dei eſſent quotquot crediderūt in no
mine eius. Sed ad rem. Adoleſcentior itaq; filius adoleſcentiam atq; ſtulticiā in conſilium adhibens (ſi 3. Reg. 12
duos Catones) ſicut legimus de Roboam, patrem adiens, da mihi inquit me ceſſam hęreditatem (quod
nos legitimam vocamus) quę me contingere[?] poteſt iure hęreditario, experiar enim meo Marte quid vt
quantum lucri augere poſſim extra vel vltra ſortem. Id pater indulgentiſſimus libenter facit: qui vt pę-
dicitur auarus eſt oppido quam ſalutis noſtrę: dicens, vade vade ad formicam o piger, & diſce ſapientiam
quę cum non habeat ducem nec pręceptorē, parat in ęſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quod come-
dat. Apes vtiles faciunt labores, formicę condunt. Et ſiquis compararet onera corporibus earum fatebi-
tur multis proportionē vires eſſe maiores. Gerunt onera morſu, maiora auerſę poſtremis pedibus adeti-
untur: humeris obnixę. Et ijs ſicut apibus reipublicę ratio: memoria & cura. Semina arroſa condunt, ne
C ruſſus in fruges exeant e terra. Maiora ad introitum diuidunt. Madefacta proferunt atq; ſiccāt. Operan-
tur & noctu plena luna, interlunio ceſſant. Iam in opere qui labor, quę ſedulitas: Et quoniam ex diuer
ſo conuehunt, altera alterius ignara: vt ſigna inuicem recognoſcant: certi dies ad recognitionem mutuā
nundinis dantur. Quę tunc earum concurſatio, ꝙ diligens: Cum obuijs quędam collocutio atq; pręcon
tatio. Silices itenere earum attritos videmus, & in opere ſemitam factam: nequis dubitet qualibet in re
quid poſſet quantulacunq; ſedulitas. Sepeliuntur inter ſe viuentium ſolę pręter hominē. Lib. 11. Cap. 30.
Tanta eſt vero deſidia noſtra & ſegnities, vt a formicis erudiri poſſit, quę pręceptore nunq; vſę ſunt. Prouer. 6.
Diuiſit igitur illis ſubſtantiam, data cuiq; facultate vtendi conceſſis pro libita, idq; non ſine ſpe lucri.
Chryſoſto. Quod dicit diuiſam vtriq; ſubſtantiam ex equo, hoc intellige, ꝙ nullus homo aut peccator Chryſoſt.
aut iuſtus naſcitur (regula tamen hęc inſtantiam patitur in aliquibus: & quo ad originale peccatum in
in omnib⁹, excipio ſemper immaculatam, quę ſicut lilium exorta eſt inter ſpinas, Cant. 2.) ſed quę ex deo
eſt in prima natiuitate hominibus ſubſtantia rationalis diuiditur ęqualiter cunctis naſcentibus. Pr̄ enim
D iſte nec volentem recedere detinet, ne liberi arbitrij auferat libertatem & poteſtatem, nec alterum mane-
re cupientem cogit abſcedere, ne forte ſequentium malorum quę poſtea his ſuo vicio accedent, ipſe pot⁹
autor eſſe videatur, ſi illis libertatem proprię voluntatis abſciderit. Hieronymus. Accepit ergo partē ſub Hierony.
ſtantię, vt viueret quilibet non ex imperio dei ideſt non ex neceſſitate ſed ex voluntate: vt virtus habe-
ret locum, vt a cæteris animalibus diſtaremus: dum ad exemplū dei permiſſum eſt nobis facere quod ve-
limus, vnde & in peccatores iuſtum iudicium: & in iuſtis iuſtum pręmium retribuitur. Hinc vox illa
quorundam abutentium libertate ſibi conceſſa. Recede a nobis: ſcientiam viarū tuarū nolumus. Iob. 21
Idem enim eſt dicere: recede a nobis: & receſſit adoleſcentior a patre. Vtrobiq; enim liberum ſignificatur
arbitrium. Veruntamen vę eis cum receſſero ab eis, Oſeę. 9. Vel cum receſſerint a me. Vnde illud, ecce eij-
cis me a facie tua. Geneſ. 4. Ambro. Nihil enim grauius, ꝙ errantem a deo deſeri. Mors enim peccatoris Ambroſ.
finem peccandi adfert vita autem diuino gubernaculo deſtituta, pręcipitatur: & in grauiora prolabitur,
E vt ſi gregem paſtor relinquat. Omnis inquit qui inuenerit me: occiſurus eſt: homo perditus pręſentē mor
tem veretur, ęternam negligit. Sed a quo timebat occidi, qui ſolos parentes habebat in terra? In quo do-
minus fidem poſuerat publicam. Potuit quidem incurſus beſtiarum timere: qui legis diuinę iura violaue
rat, potuit & parentes timere: qui hominem docuerat occidere. Hęc ille. Sciendum autem iuxta Abulēſ. Abulenſis
ꝙ ius primogenitorum octuplex erat, quę Eſau vendidit ipſi Iacob. Primum omnes primogeniti ſacer-
dotes erant. Secundo primogenitus ſedebat ad menſam dexter patri, accipiebatq; partem maiorē. Ter- Geneſ. 25.
cio primogeniti benedicebant cæteris fratribus iuxta illud: incuruentur ante te filij matris tuę. Quarto Gene. 27

induebantur

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

induebantur veſtibus cultoribus in neomenijs & feſtis, de quo vide ibidem. 5/erant principes cæterorum
adorẽt tetribus, Ibidem. Sexto duplicem portionem hęreditatis accipiebãt. De quo Deu. 21. Et Gen. 49
Maior in donis &c. Septimo primogeniti redimebãtur/5/ſicut ſtarẽ quid ſanctum. Octauo benedice-
bãtur a parẽtibus vita functuris: Geneſ. 27. Si requiras quare portio duplex quę iure primogenituræ de-
Geneſ. 49. bebatur Ruben: trãſlata eſt ad quartum filiũ videlicet Iudam: & nõ ad ſecũdum Simeonem vel tertiũ,
Leui videlicet: dicitur ꝙ iſti duo primũ inter ſe cõtulerũt de morte fratris ſui Ioſeph: vnde dixit pater eo-
rũ, in cõſilio eorũ nõ intret anima mea, Itaq; adoleſcẽs nõ poſt multos dies diuẽditis omnibus que iure
hęreditario acceperat, & cõtracta pręſente pecunia: receſſit in regionem remotam quaſi alter Cain a fa
Geneſ. 4. cie domini. Nõ ꝙ locus aliquis ſit foris vbi nõ ſit dominus, in ipſo enim mouemur & ſumus, ſed quo ſua
mente diuiſus exiſtet a domini cõſpectu, Cain dico propter homicidium, & prodigus hic per animi le-
uitatem. Sicut enim peregrinãtes a ſęculo, pręſentes ſumus dño, ſic affixi terrenis rebus, a cœleſtibus exu
lamus. Poſtꝙ enim moti ſunt hoĩes ab oriẽte: & a vero lumine receſſerunt, tũc adue. ſus deum impieta-
Geneſ. 11. tis ſuę ędificauere turrim. Mihi aũt adhęrere deo bonũ eſt. itaq; nõ loco ſed affectu diſcedim⁹ a deo, iuxta
ps 72. illud cor eorum lõge abeſt a me Eſa. 29. Receſſit igitur a patre, ſed malo ſuo. Quid aũt faceret: adoleſcẽs
Hierony. & ſolus & ſui iuris, & viuẽs peregre: & diues iuxta ſecundum. Nempe quod fecit Roboam, qui cito vi
litauit & diſſipauit regnum, quod Salomõ, qui annorum/12/regnare cępit, & regnũ perdidit, viuendo
3. Reg. 12 luxurioſe. Et tamẽ multa cõgregaſſet per fas & nefas, ſicut ſcriptum eſt, pater tuus aggrauauit iugũ no-
ſtrum: nihilominus dicebat, Deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſime labo-
Eccẽ. 2. raui, habiturus poſt me hæredem quem ignoro vtrum ſapiens an ſtultus futurus ſit, & dominabitur in
laboribus meis: quibus deſudaui & ſollicitus fui. Eccẽ. 2. Vnde crates dicere ſolebat, ꝙ ſi licuiſſet, vbi in
Crates. altiſſimam vrbis partem cõſcẽdiſſet, ſe vociferaturum aiebat. Quorſum ruitis homines, qui omne in cõ
parandis pecunijs veſtrum ſtudium facitis: filiorum vero quibus eas relinquitis, nullam curam ſane ſuſci
pitis. Hi patres haud aliter faciũt, ꝙ qui magnam calceorum ſedulitatem habẽt, cum interim pedem ip-
ſum parui pẽdãt. Quoppiam ab Ariſtippo percõtãte, quantam inſtruẽdi gratia filij mercedem poſtula-
Ariſtipp⁹. ret, mille drachmas dixit. Ille vero herche ait per magnum poſtulatũ, ſeruũ enim comparare mille drach-
mis poſſum. Et ille duos inquit ſeruos habebis: Et vt ſummatim dicam, quo nã modo abſurdum non eſt
filios noſtros quo dextra cibos capiãt ita aſſuefeciſſe, vt ſi leuam protẽdãt: cõtinuo increpemus, nullam
autem facere prouidẽtiam vt idoneas atq; legitimas audiãt diſciplinas. Profectus igitur adoleſcẽs dran-
cus & inueſtis in regionem remotiſſimam, & ibi in auſpicato cito diſſipauit ſubſtãtiam ſuam, in qua nõ
ſudauerat, e corio alieno lata ſcindẽs lora, imitatus Eſau: qui pro coctione rufa primogenita diſtraxit, vi
Geneſ. 25. uẽdo luxurioſe. Et ſi obſerues verba hæc, intelligas quomodo luxuria cõſumit cum vitam & famam, tũ
ſubſtãtiam & cõſcientiam. De ſubſtantia patet in pręſenti loco De fama habes Luc. Cap. 7. De mulie-
re famoſa. Idem videre licet in Salomone, qui inclinauit femora mulieribus, & dedit maculam in gloria
ſua. Eccẽ. 47. Nam de vita prouerbium teſtatur, sero ſapiũt phryges. Hi enim tot iam acceptis cladibus,
Phryges vix decimo demum anno de reſtituẽda Elena cõſultare cęperũt: quam ſi ſtatim initio repoſcenti Mene-
lao rediđiſſent, innumerabilibus ſeſe calamitatibus ſubduxiſſent vide Iudi. 20. Cæterũ quod dicit viuen
do luxurioſe, gręce eſt ζων ἀσώτως: zon aſotos: hoc eſt viuẽdo vt ederet: epulãdo ſcortãdo: Aleis operã
impẽdẽdo. Luxus enim vel aſotia eſt quid eſt quicquid extra neceſſitatem carnis cupiditatibus impẽdi-
tur, cum obſtet Paulus dicẽs: curam carnis ne feceritis in deſiderijs Rom. 13. Quaſi adoleſcens hic diceret
Eccẽ. 2. cum Salomone, Nõ prohibui cor meum, quin omni voluptate frueretur Vnde breui omnia decoxit &
Dionyſi⁹ prodegit Dionyſius filium cui principatũ relicturus erat, cũ accepiſſet ingenui hominis vxori vim intu-
liſſe: iratus interrogauit, nũquid tale in ſe deprehẽdiſſet. Cæterũ adoleſcẽs cũ reſpõdiſſet, tu nãq; patrem
tyrãnũ nõ habuiſti, ne tu filiũ inquit es habiturus: niſi ab iſtorũ perpetratione deſtiteris. Ad eũdem ru
ſo filium in cubiculũ ingreſſus: cũ vidiſſet poculorũ & argẽteorũ & aureorũ multitudinem exclamauit,
nõ es principatu dignus: qui tot populis a me acceptis: neminem tibi amicum feceris. Sed omnia illa cito
diſſipauit viuẽdo potando, epulando cotidie ſplendide, Si requiras quare pater filiũ abire permiſit, quem
ſciebat omnia breui dilapidaturum: hoc eſt quęrere quare hominem deus fecit: qui poſſet peccare. Augu-
Auguſti⁹. ſtinus. Num vſq; a deo deſipiendum eſt: vt homo videat melius aliquid fie i debuiſſe: & hoc deũ vidiſſe
nõ putet: aut putet vidiſſe, & credat fatere noluiſſe: aut voluiſſe quidem, ſed facere non potuiſſe? Si enim
melior eſt, qui nõ poſſit peccare: nũquid malus eſt, qui poteſt ſi nolit, non peccare? Niſi dicas cũ Lutero
hęretico: liberũ arbitriũ poſt lapſum res eſt de ſolo nomine: id autem dicere hęreticum eſt. Diſſipauit igi
tur ſubſtantiam, quia voluit, & quia a patre receſſit, & tam longe peregrinatus eſt, vt & ſemetipſum
relinqueret. Nam ſi ſeipſum non reliquerat: quid eſt quod dicitur: in ſeipſum reuerſus: Reliquerat & pa-
Auguſti⁹. rentem: pro vnico & vero & viuente deo: multos falſos & cõfictos colẽs deos. Auguſtinus. Quid tam
longe ab eo qui fecit te, ꝙ figmẽtũ quod tibi ipſe eſſe feciſti? Liber eras apud patrem: recedens: luarius fa
Herodot⁹ ctus eſt. Hec mutatio non dextrę excelſi: ſed ad mentię ſtultę eſt. Refert aũt Herodotus ſub Amaſide re-
ge ægypti hãc fuiſſe memorabilem ſanctionem: vt ſinguli quot annis apud Nomarchen ideſt cuiuſq; pre
fecturę pręſidem profiterentur vnde viuerent: qui autem hoc non faceret: aut genus vitę approbare apud
pręſidem non poſſet, huic pęna extremũ ſuppliciũ eſſet. Sequitur ex Athenęo. Menedemus & aſclepia-
Athenęus des erãt iuuenes, ambo philoſophię quidẽ ſtudioſi ſed egeſtate preſſi. Hos Areopagus pro poteſtate ac-
citos: interrogare inſtitit. Quo nam pacto fieret: vt cũ dies ipſi totos philoſophię operam darent: nihil in
centu habentes: bona nihilominus habitudine corporis viderentur. Ad hęc illi reſpondentes: cum piſ-
torem quendam accerſiri poſtulaſſet, & is ad eſſet, eum interrogandum dixerũt Qui cum rogatus ab

Areopagus

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

Areopagitis dixiſſet vnā quaq; nocte illos in piſtrinum deſcendere ſolitos, ibiq; frumentum molentes
pro nocturnis operis drachmas vtrunq; ſingulas ferre, admiratus ſenatus, ducentas eis drachmas ob vir
tutem decreuit. Hic autem adoleſcens multo plures per ocium decoxit viuendo luxurioſe. Plutar. Cum
multa nefanda ſcelera eſſent in vrbe a Demetrio perpetrata, quę omnem ciuitatem dolore mœſticieq; re Plutar.
pleuerant: illud precipue grauiter Athenienſes offendit: q cum illi /250/ talēta magna ſceleritate iuſſu De
metrij congregata, ad eum detuliſſent (ſunt autem aurei /150/ mille) confeſtim omne illud argentum La
mię ac cæteris ſcortis ad fucum mundumq; muliebrem dari Demetrius iuſſit, opus non indignum tam
impio tyrāno. Vnde illud ex prouerbio. Cupidinum crumena porro ſolo vincta eſt. Plutarchus hoc inter
cæteras amoris laudes cōmemorat, q e ſordido ſplendidum: e parco liberalem, e triſti ciuilem, e timido Plutar.
audacem reddit hominem. Pro inde cupidinis loculi porri folio vincti dicūtur, q facile ſoluantur; vel q̄d
A admodum fragile ſit porri folium, vel q natura porri eſt calefacere: ciere vrinam, iritare venerem, moue-
re menſes, & aluum inflare iuxta Dioſcoridem. Conſumpſit igitur omnia breui, quia iuxta prouerbium
compendiaria res eſt improbitas, at ſingulę virtutes magno labore parantur. Fitq; neſcio qua naturæ prouerbiū
corruptione, vt quę turpia ſunt: nobis doctoribus cooperante nouerca natura protinus arripiamus: quę
honeſta vix laboribus diutinis inculcentur. Sequitur. Et poſt q̄ omnia cōſummaſſet (alias con-
ſumpſiſſet) facta eſt fames valida in terra illa, & ipſe cępit egere. Et abijt & adheſit
vni ciuium regionis illius: & miſit illum in villam ſuam: vt paſceret porcos. Et cupie
bat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant, & nemo illi dabat.
Fames malum magnum: videlicet quia venter auribus caret: ideo non placatur verbis. Fertur aliquādo
tāta fame laboraſſe Athenienſes, vt de mure qui mortuus ex tecto cecidit quidam pater cum filio decer-
tauerit. Facta eſt igitur fames & ea valida, nēpe iuxta prouerbiū: piculoſum eſt canē inteſtina guſtaſſe, Fames: prouerbiū
ſignificat autem moraliter haud facile tēperaturū a peccādo, qui ſemel illecebrā illā velut autoramentū
B viciorū deguſtauerit, quēadmodū qui ſemel ſcortū attigerit, aut ſemel vitā aulicā fuerit expertus, dicet eīm 1. Eſdre. 4.
memores ſalis quē in palatio comedimus, nūc extra aulā regiā poſiti, peredia torquemur valida, verū hu prouerbiū
iuſmodi mēdicorū pera nunq̄ impletur. Pulchre autē epulas tātas fames ſequitur: quia extrema gaudij
luctus occupat. Prouerb. 14. Seneca. Iſti non conuiuātur, ſed iuſta ſibi faciunt. Mortuis certe interdiu pa Seneca.
rentatur. Quātū aūt a funere abſunt equidē acerbo, qui ad faces & cereos viuūt, vino ſomnoq; ſepultis?
Hāc vitā multos agere nouimus: inter quos Attiliū Butā, cui poſt patrimoniū ingēs cōſumptū Tiberi?
paupertatē cōfitēti, ſero inq̄t experrectus es: ſicut epulo apud inferos, cæpit igitur egere. De hoc ita dicit
Ezechiel Cap. 16. Oibus meretricib? dātur mercedes, tu aūt dediſti dona amatoribus tuis vt intrarēt ad
te, cōtra cōſuetudinē oium pſtibulorū. Cæpit ergo egere, q̄a vn̄ luxuriaret nō habebat, oibus exhauſtis.
Et inq̄t dñs: ne ſi rurſus abūdare cōtingat pgas eſſe tibi ſimilis, & velis iterū frequentare lupanaria, ecce Ezech. 23.
ego denudabo te, & aures tuas pcidā, vt fugiāt amatores tui fęditatē tuā. Denicq; ſepiā vias tuas ſpinis, vt Oſee. 2.
C vel neceſſitate cōpulſa paupertatis: famis, & fędę deformitatis, reuertaris ad virū tuū priorē, q parens vo-
cat hoc loco, q ad pmā vocē bona ei fuerat cūcta largit?. Adheſit aūt vni ciuiū, cuius v̄ba ſunt, hec oia
mihi tradita ſunt, q̄a nemo pōt duobus dñis ſeruire. Matt. 6. Huic igit adheſit, & nomē illi mors, mali? Apoc. 6.
vniuerſę terrę (Hiere. 50) Perdix quę fouet quos nō pepit, qd̄ cū dolore lamētatur gallina illa euāgelica Hiere. 17.
dicēs: filios enutriui & exaltaui, ipſi aūt (ſed anates erāt) ſpreto parēte, cōiūxerūt ſe vni ciuiū ſęculi hu- Eſai. 1.
ius. Qui aūt hęret, in laqueo eſt, ſicut Iudas. Miſit aūt illū in villā ſuā. Villa domus eſt in agro. Villa hęc 1. Ioan. 5.
mūdus hic eſt q̄ in maligno poſitus eſt. Miſit aūt vt porcos paſceret. Ille q̄ ſuatim vixerat: ab hoc autem
animāte fruſtra lac expectes, aquā facili? epumice. Sciedū q ſuarū porcos clamātes reſupināt, ſic eſficiūt Fues.
vt minus clamēt. Aſpicietes enim ſurſum, & vidēres quę nunq̄ viderūt: obſtupeſcūt & ſilēt, attoniti &
amētes ad cœleſtia, ad terrena argl. Hos porcos dæmones libēter inhabitāt ſed libētius pręcipitāt in ma-
re. Miſer igit paſtor hic q̄ olim nauſeabat ad māna. Nū. 21. Nūc patrimonio ex patrato, auet implere vē
D trē (id aūt impoſſibile) ex ſiliquis porcorū, & nemo illi dabat, id aūt prouidētia pris fiebat, vt fames &
inopia reuocaret, quē ſaturitas excluſerat. Hieron. Cib? dęmonū luxuria eſt & cętera vicia, quę affectū Hierony.
ſapientes ſtatim vt demulcēt, ad vſum ſuū puocāt, ex q̄bus luxurioſus nō pōt ſaturari, q a ſemp volup-
tas famē ſui patit: & trāſacta nō ſaciat, nēpe ſiliquę intus inanes ſunt, iuxta qd̄ Paulus dicit quē fructū
habuiſtis, in illis in quib? nūc erubeſcitis? Rom. 6. Theophy. Quid eſt paſcebat porcos? Qui in pctīs po Theophy.
tēs eſt, alios docet malicīā & lutoſam opationē, iuxta illud, in ſup malicias tuas docuiſti vias tuas. Et iſ-
ti ſunt pfecti Pharaonis de q̄bus Exo, Cap. 5. Et nemo inq̄t illi dabat, qm̄ ſolus de? ſaciat mētē, ſed is ab Hiere. 2.
eſt, dæmones vero multo magis ſolliciti ſunt, ne vnq̄ malicia ſaturi ſimus. Sciedū ergo q cū ſatanas ali
quē ſua arte deceperit, & ppriū ei impoſuerit iugū, vltra ad abūdātiā viciorū nō impellit, ſciens eū eſſe
iā mortuū. Scriptū eſt tamē, fiāt vię illorū tenebrę & lubricum, & angelus dñi impellēs eos. ps. 34. Que
impellit? Vt diſponāt de reb? ſuis, & laq̄o pereāt cū Achitophel. Cupiebat ergo implere vētrē: cuius de? Reg. 17
vēter erat. Phil. 3. Vēter aūt plenus in luxuriā deſpumat. Merito ſiliq̄s apetijt nec accepit, qui deū ventrē
E colere maluit, q apud patrē epulari ex adipe frumēti. ps. 80. Dicebat aūt Socrates qui res pręcoces mag-
no emerent, eos deſperare, q ad tempus maturitatis eſſent peruenturi. Alioqui ſtultum eſt, & pluris & So crates.
deterius emere, cum paulo poſt liceat & minoris & meliores. Sicut autem homines tenues obſcuro loco
nati nauigant adeuntq; ad illa loca quę nunq̄ antea adierant, vbi neq; noti eſſent quo venerunt, neq;
ſemper cum cognatoribus eſſe poſſunt, ita & iuuenis hic poſtq̄ omnium iacturam fecit, & cæpit egere
apud eos, quos inter abundare conſueuerat, ciuitate deſerta deſertum petijt: vt fieret ſocius ſubul-
corum: qui poſt ſe trahebat copiam iuuenum ſtultorum. Vbi enim non ſis qui fueris, non eſt cur
 viuere velis.

Acervo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

prouerbiū viuere velis. Ibi ergo conſtitutus, volebat quod Danaides illę implere per foratum dolium, idq; mulgēdo hircum ſuppoſito cribro. Quid eſt cribro aquam haurire? Sumptum eſt prouerbium a fabula Danaidum puellarum quas Plato ſcripſit apud inferos propter occiſos viros hoc pęnę genus pendere: vt aſſidue aquam in dolium pertuſum vaſis iten pertuſis inferant, luſurę omnem operam ſicut qui mulget hircum cribro ſuppoſito. Sequitur.

## Caput. xiij. Ponitur reliquum parabolę: quali videlicet habitu adijt patrem: & quomodo exceptus eſt cum oſculis & epulo & choris.

IN ſe autem reuerſus ait. Quam multi mercenarij in domo patris mei abundant panibus ego autem hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum & dicam ei. Pater peccaui in cęlum & coram te
Hierony. iã non ſum dignus vocari filius tu⁹: fac me ſicut vnum ex mercenarijs tuis: & ſurgens venit ad patrem ſuum. Hieronymus. Ex hoc loco intelligimus, ꝙ prouidentia dei ſępe nobis accidant mala: ne habeamus ea quę cupimus, vt varijs calamitatibus preſſi, clamemus ſicut filij iſraei. Exo. 3. Redite preuaricatores: redite ad cor. Eſai. 46. Non eſt enim requies vbi eam quęritis. In terra ſal ſuginis & vmbra mortis requiem quęritis? A lupo videlicet lanam aut e pumice B
aquam. Origenes O quam multi mercenarij. Nulla maior miſeria ꝙ fuiſſe fęlicem. Huic tamē maior ca
Origenes. lamitas erat recordari quod fuerat, ꝙ pati quod perfert ego inquit non habeo quod porci. impletum eſt in me illud, ubi poſt veſtigia porcorum. Canti. 1. Super flumina Babylonis ſedimus & fleuimus, Quid?
ps. 136. Num quod captiui tenemur in terra aliena? Imo illud potius dolemus, dum recordamur tui O ſyon. Illud igitur defleat peccator: ꝙ quandiu porcos paſcit, in obliuionem abierunt omnia bona quę fecit. Eze. 18. Quod inquit ex iudęis ob pręſentia tantum bona a dei obſequio non recedunt, & ego egeſtate cōficior. C
Qui autem diligit, non ideo imparata cuſtodit, quia aut timore pęnarum aut premij auiditate compe-
Hierony. llitur: ſed quia hoc ipſum quod adeo iubetur eſt optimum. Chryſo. Quod ſi ęquale tempus delitiis poſi-
Chryſoſt. tum eſſet & pęnę, eſſet aliquis ita demens: vt eligeret pro vno die delitiarū vnam diem ſub ire pęnarum? Cum ſoleat dolor vnius horę & quilibet cruciatus corporis in obliuionem mittere omne tempus pręteritum in voluptate conſumptum. Nam & prodigus hic forte infra menſem omnem ſubſtantiā dilapidauit, porcos autem pluſꝙ decēnio pauit, interim rugientem vix dimidians ventrem. Hieronymus ſuper
Hierony. Amos Cap. 8. Vetus narrat hiſtoria tam latina ꝙ Grǽca nihil fame durius, quę ſępe compellit obſeſſos humanis veſci carnibus, & in ſuam ſęuire naturam, ita vt nec parentes paruulis parcant liberis, & maritalis affectus dudum amatę vxoris membra dilaceret. Si hoc facit fames corporum, quid de fame dicendum eſt animarum, quę nūc opprimit populum iudæorum, a quibus ablata eſt lex, & prophetę æterno conticuere ſilentio? Mouentur a mari ad mare, & ab aquilone in auſtrum toto orbe peregrini, & verbū dei non valent inuenire, quia ipſum negauerunt ante Pilatum Et cum mercenarij ideſt populi gentium D
Matth. 20. qui conducti ſunt ad laborem vineę abundent panibus, ipſi ex filij facti ſuarij, fame pereunt, vorauerūt
prouerbiū enim multa prius, quando videlicet carnes exibant per nares eorum. Num. 11. Fame inquit pereo. Ingens
T. Liuius. autem telum neceſſitas, aduerſus quam ne dij quidem reſiſtunt. Vnde illud Titi Liuij, pareatur neceſſitati (imo dei voluntati) quam nec dij quidem ſuperant. Et licet iuxta prouerbium ſera ſit in fundo parſimonia, melior eſt ſera ꝙ nulla. Admonet autem aurea hæc ſententia in tempore parcendum rebus neceſſarijs: nec imitandum profuſorum vulgus: qui tum denique incipiunt parcere, poſtea ꝙ viderint minimū ſuper eſſe, poteſt ſic intelligi ne ſinamus optimos illos annos ignauiter effluere, ſicut multi qui iam natu grandes animum ad res honeſtas applicant, tandem in ſe reuerſi. Vinum quidem in medio dolij eſt optimum & ſaluberrimum, quemadmodum ſumma pars olei potiſſimum laudatur, mellis infima. Tempus autem omne aptum eſt ad promerendum vitam ęternam, quia multi vocantur ad culturam vineę hora prima, multi hora ſexta, multi hora nona, tamen adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, nō
Prouer. 22. recedet, ab ea. Cæterum Fabius euentum ſtultorum magiſtrum appellat (Et ſicut Demoſthenes dixit, pęnitere tanti non emo) quo edoctus adoleſcens iſte, aut ſicut Plinius dixit, miſera illius ex periculis ſa-
Fabius. cta prudentia, tandem in ſe reuerſus, dixit. O quot mercenarij. Vere malo accepto: ſtultus ſapit. Sed iux-
Plautus. ta Plautū fęliciť ſapit, q̄ alieno periculo ſapit. Heſiodus. Iupiť iratus prometheo propter ignē furto ſublatū e cælo ac mortalib⁹ datū: cupiēs illū ſimili retaliare dolo: vulcano mādat vt e luto puellę ſimulacrū fingat, deide ſingulos deos deasq; monet vt ei ſimulacro ſuas quiſq; dotes adiūgeret. Hāc igiť pandorā ornatā
Iupiť cū pixide pulcherrima q̄dē illa ſed intus oē calamitatis gen⁹ occulēte ad promētheū mittit. ſe muneri ſed fratrem admonet, vt ſi q̄d muneris ſe abſente mitteret, ne acciperet. Redit pādora perſuaſo quo munere: fratrem admonet, vt ſi q̄d muneris ... euolātib⁹ ꝙ morbis ſenſiſſet iouis dona nō dona, ſero nimium prometheo: pixidē donat: eā ſimul ac aperuiſſet, euolātib⁹ ... prudē... factus eſt. Et obſerua, ꝙ poetę neceſſitatē deā faciunt ſage capit. Itaq; adoleſcēs hic poſt mala prudē... Hāc philoſophi fatū vocāt q̄ eſt ſeria rerū ſeries neceſſaria E
peccarū matrē, quę & ipę inexorabiles vocant, Hāc philoſophi fatū vocāt q̄ eſt ſeria rerū ſeries ... Apud catholicā tñ eccleſiam fatū nil rio coherētiū, cui velut cedēs iupiť apud poetā, fata inq̄t viā iuenient. Apud catholicā tñ eccleſiam fatū nil
eſt. Greg. Quoties p cogitatiōis motū nimiū extra nos ducimur, & nos ſum⁹, & nobiſcū nō ſum⁹: quia
Gregorius nos ipos minime videntes, p alia vagamur. Simile ē illud: cūq; me cōuertiſſē ad vniuerſa quę fecerā, &c. Surgā ergo & vi⁹ icit⁹ ſapiā, & ibo ad prem meū, & dicā ei. Pr peccaui. Ne lęteris inimica mea ſup me quia cecidi, cōſurgā. Vere aūt ciues & rectores tenebrarū harū (Eph. 6) quorū vni adhęſit adoleſcēs hic, lętatiſunt
Matt. 7. quia cecidit & excidit a dilectione parētis, ſed gaudiū eorū in triſticiam conuertetur, iuxta quod ſequitur ſi cecidi.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ſi cecidi, reſurgam. Surgam, qui cecideram, ibo: quia longe ab erat ad patrem, quia [illegible]arius factus fuerat
peccauerunt inquit, & non filij eius. Deut. 32. Denique propoſuit ſe dicturum, fac me vnum e mercenarijs
Sed poſtquam oſculo eum dignatus eſt pater: iam generoſiſſime deprecatur nomen mercenarij. Surgam inquit. Auguſtinus. Et dixi nunc cœpi. Cum dixiſſet, nunc cœpi, non ait, hec mutatio liberi arbitrij mei, ſed dextre excelſi. Sic itaque dei gratia cogitetur, vt ab initio bone mutationis ſue vſque in finem cõſummatione qui gloriatur in domino glorietur. Bonum eſt igitur homini, vt de viribus arbitrij ſui non preſumat quoniam qui putauit ſine dei adiutorio ſeruare & multiplicare quod acceperat, recedens a patre: omnia conſumpſit, & fame coactus dixit, ſurgam, ſi tamen ſurgere potuit ſine eo a quo receſſit. Vere autem non potuit, niſi hic plus potuit quam Paulus, cuius verba ſunt, velle adiacet mihi, perficere non poſſum. Et niſi pater occurriſſet, nunquam peruenturus erat, quo propoſuit ſe iturum. Nam & illam cogitationem vnde haberet, cum in ſe reuerſus eſt, niſi pater illi inſpiraſſet? Non quod ſufficientes ſimus aliquid cogitare quod bonum ſit ex nobis &c. 2. Cor. 3. Surgens ergo & patrem adiens, quid dixit? Pater peccaui in cœlum. Dicens autem peccaui coram te & coram angelicis ſpiritibus, totam ſpem venie peccatorum ſuorum in confeſſione humili cum corde contrito conſtituit, ad hanc velut ad anchoram ſacram confugit, quoniã ſcriptum eſt, dixi cum adhuc longe eſſem, confitebor iniuſticiam meam domino, & tu remiſiſti impietatem peccati mei. Ad filium autem ſeniorem ita loquitur pater. Quid vultis mecum iudicio contendere? Hiere. 2. Hieronymus. Prona eſt ad ſui excuſationem humana peruerſitas, vt quicquid merito ſuſtinent iniuſte ſuſtinere videantur, & propriam culpam referant ad iudicium dei. Dixerunt enim abſque peccato & innocentes ſumus. Per hoc autem magis prouocatur ira dei: non lugere quod feceris: inſuper & vanas excuſationes obtendere peccatorum. Grandis certe offenſa eſt, nolle placare quem offendimus. Hic itaque adoleſcens, non inficiatur culpam: non extenuat, non parenti imputat, non dicit, ſerpens decepit me aut ſuaſit vxor: non interceſſores mittit: ſed ipſe patrem ſuum adijt. Audiui a fide digno rem ſcitu dignã.

ps. 76.

2. Cor. 10
Auguſti9.

Rom. 7.

A

ps. 31.

Hierony.

Geneſ. 3.

B Femina quedam peccatum cõmiſerat, & quia pudore arcebatur, ne adiret ſacerdotem: ſubornauit conſobrinum ſuum, vt ipſe pro ea confiteretur delictum: & cunctantem, duabus collatis interulis. Per pulchre elaboratis, demeruit & perſuaſit vt adiret ſacerdotem. Vtrum autem adierit incertum eſt, illud autẽ certum quod accepit interulas. Cõcepta igitur fiducia ſurgit adoleſcens, & totum feſtinus relegit iter, lachrymis angelos exorans, vt patrem oſtenderet placatum. Cum autem adhuc procul abeſſet, vidit illũ pater ipſius: & miſericordia motus eſt: & accurrens cecidit ſuper collũ eius: & oſculatus eſt eum dixitque ei filius. Pater peccaui in cœlum & coram te: iam non ſum dignus vocari filius tuus. Bene cum adhuc longe eſſet, vidit illum pater, ipſe enim attrahebat eum infuſo ſpiritu remiſſionis in charitate perpetua, & ſpe venie concepta. Miſericordia autem tactus eſt, quoniam vidit filium in habitu ſuarij macie confectum: caumate decoloratum: confuſione plenum, vt pote qui vix haberet vnde operiret pudenda: denique non erat ei ſpecies neque decor: cui ſimilis non erat in

Luc. 15.

Hiere. 31.

C formę elegantia cum eſſet apud patrem, nam a vertice talos vſque non erat in eo vlla macula. Nunc autem omnis gloria eius in confuſſionem verſa erat. Miſericordia igitur motus occurrit venienti: & corruit ſuper collum eius: & oſculatus eſt eum. Conuertimini inquit ad me, & ego conuertar ad vos. Zacha. 1. Alex. Ales. Non quod gratia ſit ex merito, prout ſonant verba: ſed oſtenditur dei liberalitas, qui non ſe negat facienti quod in ſe eſt: etiam ſi ſit in peccato mortali. Aperit enim deus manum ſuam & implet omnem hominem, qui manum extendit vt accipiam quod deus donat. Inſeramus hoc loco orationem Iude ad Ioſeph pro Beniamin fratre falſo delato. Si aut natura aut conſuetudine ita inter homines comparatum eſſet preſecte vir clariſſime vt nihil ab ijs qui inter cæteros imperium & iudicia exercent preter leges ſpectandum cenſeretur, nec aliter quam ab euentu delicta iudicanda forent, nullum certe locũ nobis ad deprecandum hodie relictũ putaremus. Verũ nemo vnquam ita humanitatẽ exuit: vt clemẽtię qua null9 magis homini cõuenit affectus oĩno fictus ſit inmemor. Ita ſit, vt in manifeſto etiam crimine, quia homo apud hoĩem dicat nemo fuerit vnquam, qui nõ ante ſupplicium imo in ipſo ſupplicio non aliqd ſperauerit.

2. Reg. 14.

Alex. ales.
Sabellicus

Geneſ. 44

D Verũ ſi vnquam ſpes clemẽtię in miſerabili cauſa miſeris reis affuit, adeſt mihi hodie, adeſt & fratrib9 meis vir mitiſſime, vel quia apud te virũ nõ ſolũ ſapiẽtẽ cœleſtique mẽte prędit ũ puerilẽ culpã deprecamur, vt quod natura quiſque in proprijs quam in alienis ſit iniurijs exorabilior, nihilque haberi ſoleat glorioſius principe aut eo qui in alios imperiũ teneat impune leſo. Oportet igitur cũ cęteras virtutes tuas tũ clemẽtiã ipſam nõ deprehenſum facinus quod nõ magis perſe turbe & deteſtabile eſt, quam a nrę familię moribus & fama alienũ ſpectare, ſed flagitij autorem: qui ea ſit adhuc ętate, vt qd rectũ quid honeſtũ ſit haud omnino intelligat. Oĩa iura diuina & humana ignoſcũt ijs, qui cũ a lege & ęquitate ab errauerint: neſciãt tamẽ ſe peccare. Conſilium enim non euentus conſtituit crimen. Quamque ab æquitate tua ſuppliciter contendimus, vt identidem ſecum iniecti criminis conſideret rationem. Nam quod ad nos attinet, nullo modo perſuaderi nobis põt, adoleſcẽtẽ rudẽ timidũ, nihil ambitioſum nullius rei cupidũ id ſcelus nõ ſolũ non perpetraſſe, ſed nec cogitaſſe quidẽ. Quare te per quicqd in cœlo numeris eſt: per regiũ Pharaonis nomẽ per genium

E euũ pietiſſimũ oramus: vt hãc culpã ſiqua culpa eſt, eã maiorũ nrorũ Abrahã Iſaac & Iacob iuſticię ac pietati: miſerabili parẽtis ſenectę nris lachrymis cõdones. Vel ſi ſtat ſentecia, puerũ ad ſuppliciũ trahere, nos reliquos cũ eo, quãdo ita mori factus ſit, quam ad exiliũ & erũnas ſeruari ad vnũ tollito. Cũ hec Iudas dixiſſet, oẽs cũ fletu in illũ manus intẽderũt. Nõ ſe poterat vltra cõtinere Ioſeph, ſed occurrẽs cecidit ſuper collum filij: vt iacentem erigeret, vt ceruicem eius iugo exuat ſeruitutis, & collo eius iugum ſuauē ſuſpendat hoc eſt mandatorum ſuorum facilia pręcepta ex gra magis quam ex merito ſup populũ iunior ẽ collocauit: dicẽte ſeniore; nolum9 hũc ſup nos regnare. Lu. 19. Chry. Oſculat aũt pr os filij, pqd remiſſa

Geneſ. 45.

Chryſoſt.

LL ij de corde

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

2.Reg.12. de co. de confeſſio pęnitētis exierat, quam pater lętiſſime excipit, iuxta illud, peccaui domino, dominus
tranſtulit peccatum tuum. Sequitur. Pater peccaui in cœlum. In ſuprema inquit rerum deſperatione cui
potius me committam ꝙ patri? Quia ſi ego totum exui filium, num ille poterit obliuiſci filium quem in
manib⁹ ſuis deſcripſit? Eſai. 49. Natura ſua clemēs eſt & exorabilis, ſicut patet ſatis in Niniuitis quorū
malicię aſcenderant ad cœlum vſq;. Ion. 1. Pater inquit nolo expectare vt meum crimen & calamitatē
Eſai. 5. ex alijs diſcas, qui vltro te prouocent ad vindictam. Pater es, in te peccaui, & corā angelis tuis. Qui enī
patrem familię offendit, & domeſticis eius iniurius eſt. In cœlum etiam peccat, qui peccatum ſuum prę
dicat ſicut ſodoma. Etiam nomine cœli eccleſia ſignificatur, in quam peccat, qui ad ea recedit, extra quā
ſalus non eſt, & ipſa eſt domus Raab olim meretricis. Ioſue. 6. Nunc ſponſę dilectiſſimę chriſti. Pater pe
ccaui. Forte enim ideo patrem audet vocare, quia plena mente conuerſus eſt, & quia oſculum accepit,
deni ꝑ ex illa ſubſtantia quam illi fuerat pater aliquando largitas, nam qualis qualis, filius tamen erat. F
Pater ergo & ſi non ſim dignus qui filius tuus vocer, te. ipe filium pęnitentem: qui mercenarijs tuis pe
ccantibus parcis vſq; ſeptuagies ſepties. Dicis enim per prophetā: reuertimini filij, & ſanabo auerſiones
veſtras, quia ego vir veſter, ego pater veſter. Hiere. 3. Hieronymus. Libēter deus ſuſcipit pęnitentes: &
occurrit filio inopia & ſqualore cōfecto: ſtatimq; induit priſtinis veſtibus, & reddit gloriā reuertenti, ita
dūtaxat, vt reuertatur in ploratu. Quāuis aūt propria voluntate ad dūm reuertamur: tamē niſi ille nos
traxerit, & cupiditatem nrām ſuo roborauerit prę ſidio, ſalui eſſe non poſſumus. Dixit aūt pater ad
Sco. 4. Di. ſeruos ſuos. Cito proferte ſtolam primā: & induite illū: & date anulum in manu ei⁹
22. q. 1. & calciamenta in pedibus ſuis: & adducite vitulum ſaginatū: & occidite: & mādu-
cemus & lętemur: εὐφρανθῶμεν: Euphranthomen: quia hic filius meus mortuus erat.
& reuixit: perierat: & inuentus eſt. O profundū clemētię bonitatis tuę chriſte pater miſericordia
Ps. 84. rū: ꝙ profuſę ſunt miſericordię tuę cū his qui vere conuertuntur ad cor. Dicens enim cito proferte illam
ſtollā: illā primā, ten ſtolen: ten proten, oſtēdit ꝙ nō oino ſunt in obliuione iuſticię quas fecit hō cū eſſet
in domo pr̄na, dicat licet Ezech 18. Oīum iuſticiarū eius nō recordabor. Nā cū illā priorē ſtolā ꝓferri iu
Geneſ. 2. bet, qua adoleſcēs amiciebatur in domo pr̄ni, qua parētes noſtri induti: nō erubeſcebāt: & ſine qua nu-
llus inter eſſe pōt cōuiuio nuptiarū de quo Matth. 22. & Eſter. 4. Illud innuere videt, ꝙ vere pęnitētib⁹
reſtituētur in integrū oīa quę recedētes a pr̄e dilapidauerūt viuēdo luxurioſe. Hoc eſt enī quod dicit ꝓ
ferte ſtollā illā priorē. Cito inqt, qđ certe impaciētis videt eſſe animi: nō ſuſtinēris videre nudū a gr̄a, q̄
Luc. 14. iā cōfeſſus fuerat culpā. In domo enī tua oportet me epulari. Et ruſus Ne timeas, quia faciā tecū miſeri
cordiā ꝓpter Ionathā patrē tuū, & reſtituā tibi oēs agros pr̄is tui Saul, in ſup & comedes panē in mēſa
Figura. mea ſemp. 2. Re. 9. Quādo igit iuſte cōuerſamur, deus pater noſter eſt, q̄n recedimus (quē receſſum Mi-
phiboſeph p̄figurauit, qui vtroq; claudicabat pede) tutor noſter eſt, qui tanq; cōſilij inopes e nido auo-
lauimus. Vnde pr̄ vidēs filiū pānoſum iachrymātē: iniurię immemor; memor clemētę: p̄idēs verba filij
quę cū lōge ab eſſet fuerat meditatus, ſingultibus alias ſermonē intercidētibus (plus tn̄ clamabat tacē-
do) nō furit ſęuis verbis, nō minat eculeū aut verbera, nō abdicationē, nō inurit fugā: nō luxū & ſub-
ſtātiam dilapidatam: calamū enim caſſatum nō conteret, Matt. 12. Sed cōtento ſorte mercenariorū; ſtolā
priorem circundar, & date inquiens anulum in manu eius, & calceamenta in pedibus, & adducite vitu
lum ex armento inſignem & ſaginatum τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν, ton moſchon, ton ſiteuton, illum vi
tulū illū ſaginatū. Vere ſignatus eſt plenus gr̄a & veritate: de cuius ſagina oēs accepimus. Ioan. 1. Vere
ſaginatus qui pro totius mūdi vita immolat⁹ eſt, nec refert vtrū vitul⁹ ſit: aut vacca ruſa ex lege. Nū. 19
Hic vitulus a patre datur nobis & tamē ipſe dicitur gaudere in victima filij ſui, ſic enim deus pater di-
Ioan. 3. lexit mundum, vt filiū ſuū vnigenitū daret. Nā Abrahā arietē dedit. Imo quiolim dedit arietē Abrac, ip-
Geneſ. 22 ſe vitulū dedit ideſt vnicū ſuū immolandū pro noſtra & pro totius mundi ſalute quo ad ſufficientiam.
Luc. 10. Quęritur aūt ſi ſtola hec ceſſit latronibus, nudato parēte oium illa, cū deſcenderet ab hieruſalē, quomō
nūc dicitur eſſe apud patrē? Sed ligato forti, ſpolia eius oia ablata ſunt, & diſtributa illis quorū erāt. Vi
de illud. Eſai: 9. Iuxta ſeptuaginta. Quia oēm ſtolā cōgregatā dolo & veſtimētū cōmutationis reſtituet
& cupiēt potius igne eſſe cōbuſti, ꝙ reſtituere, reſtituēt tamē. Spolia igitur ablata de domo cyclopis hu
Geneſ. 27. ius eccleſię ideſt Rebeccę tradūtur aſſeruandā, & a domo eius petūtur, cū peccator reuerſus denuo indue
dus eſt, ſerui aūt ſacerdotes ſunt. Anulus ſignaculū eſt fidei, obiectum aūt fidei deus. Eſt etiā anulus pi-
gnus ęternę hereditatis. Eccleſia aut d ſponſata eſt chriſto iuxta Paulum. 2. Cor. 11. Spe autem vxor eſt
ſicut dicit Paulus Eph. 5. Et huius ſpei pignus anulum accepit, matrimoniū aūt celebrabitur, quando
plebitur illud, tenui eū nec dimittam. Canti: 8. De anulis ita dicit Plinius Lib. 33. Cap. 1. Anulū qui pri-
Plinius. mū fecerit nō traditur, licet apud Promethęum ferreū eum dederit antiquitas, vinculūq; id nō geſtamē
intelligi voluerit. Lōgo quidē tempore apud Romanos ijs tātū qui legati ad exteras gētes ituri eſſent a-
nuli publice dabātur, quoniā forte ita exterorū honoratiſſimi intelligebantur. Ii quoq; in publico aureis
vtebātur: intra domos ferreis. Quo argumēto etiā nūc ſponſę anulus ferreus mittitur, iſq; ſine gēma. Vi
de Eſter. 3. Itē 3. Reg. 21. Et Budęo referēte Plinio hac de cauſa cōſtitutū eſt (vt q̄ iā ānulorū vſus viluę
Budęus. rat. Cū anulis etiā ſpadōes vterēt) ne cui i⁹ anuli eēt, niſi cui igenuo ipi pr̄i auoq; pr̄no ſeſtertia
fuiſſent. i. aurei o. ille, & lege Iullia theatrali in/14/ordibus ſedēdi. De hoc A. Ge. Lib. 10, ca. 10. Vete
A. Gelli⁹. Grecos anulū habuiſſe in digito accepimus ſiniſtrę man⁹ qui minimo eſt ꝓxim⁹. Cauſam eſſe hui⁹ rei
Appio in libris ęgyptiacis hāc dicit, ꝙ in ſectis apertiſq; hūanis corpib⁹, vt mos i ęgypto fuit, repertū eſt
neruū quedā tenuiſſimū ab eo vno digito de quo diximus ad cor ꝑtingere: ꝓptea nō inſcitū viſum eſſe,
eū potiſſimū digitū tali honore decorādū, q̄ cōtinēs & q̄ſi cōnex⁹ eē cū p̄ncipatu cordis videret. Sic te
anulus inſigne

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

inſigne ſit ſponſaliorum, ſiue honoris, ſiue pro ſanitate inducatur, illud liquet non omn[illegible] indifferenter eo
vios ſuiſſe ſed legatos: diuites & ingenuos, ſicut adoleſcens hic, qui nunc anulo donat[illegible] in digito medi-
co, iuxta illud: pone me ſicut ſignaculum ſuper cor tuum, deſcriptū videlicet, vt intelligas quoties ad anu
lum oculos conuerteris, quo te amore proſequutus ſum, cum a paſcendis porcis ad me rediſſes honore va
cuus plenus confuſione. Date ergo ei anulum: & calciamēta, alioqui paſcha celebrare nō poterat. Exo.
Cap. 12. De quo paſchate dicitur, manducemus & lętemur, quia filius hic perierat & inuentus eſt, de his
calceis habes Ezech. 16. Calciaui te hyacintho: nec vbi coluber inſidians plantam ingredientis inuaderet
& ſuper aſpidem & baſiliſcum incederet, Scriptum eſt enim ipſum conteret caput tuum, & tu calcaneo
eius inſidiaberis. Geneſ. 3. Qui igitur huiuſmodi calciamenta acceperit vt amodo ſit in cœlo conuerſa- Pſa. 70.
tio eius: hic dignus eſt, qui cum omnium parente ſedeat ad menſam, & epuletur de vitulo ſaginato, cu- Hierony.
ius cotidie carne paſcimur, & cruore potamur. Chryſo. Vidiſti quanta ſit pęnitentię vis, quanta vtilitas Chryſoſt.
A Filius prodigus recepit prioris glorię ſtatum per pęnitentiam, quam ſenior frater habebat per perſeuerā
tiam. Et ſi audere in talibus fas eſt, mihi videtur, ꝙ ex conuerſione hac etiā aliquid amplius meruit. Se-
nior enim frater dicit/ ꝙ poſt tot annos ſeruitutis, nec hędum acceperit, & filius hic perditus accepit vitu
lum illum inſignem plenum gratia & veritate, Sequitur. Et cęperunt epulari. Epulum autem hoc Geneſ. 18
ipſe ruet inſtruxit, qui eſt ſacerdos & hoſtia, pater excelſus & pater multorum, ipſe enim cucurrit ad ar- Eſai. 53.
mentum, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum. Geneſ. 18 Et rurſus. Propter ſcelus populi mei
percuſſi eum. Populus autem iſte ipſe eſt & adoleſcens hic perditus: ſed iam pęnitus, quem pater (vt eſt
oculata pietas) a longe vidit, & quia pęnitentē præſciuit: a longe ei præuidit de vitulo ſaginato: ſicut ſcri
ptum eſt: deus prouidebit ſibi victimam fili, pone curam. Ex tunc igitur prouidit & promiſit: & modo Geneſ. 22
exhibuit, videlicet vbi venit plenitudo temporis. Gal. 4. Audi autem vocem pęnitentis filij. Nos quidē
iuſte. Luc. 23. Tu autem chriſte bone qui paſcha noſtrum immolatus es, memento mei, dum veneris in
B regnum tuum. Quibus verbis etiam ante mortem vituli: philoſophatus de reſurrectione bonus hic neq;
bonus latro. Sic & Abraham, poſtꝗ adorauerimus, reuertemur ad vos. Erat autē filius ei⁹ ſenior Geneſ. 22
in agro: & cum veniret & appropinquaret domui: audiuit ſymphoniam & chorum
Gręce συμφωνιας και χορων: ſymphoniam & choros: Ideſt cōcentū & ſaltationes & tripudia,
gaudētiū cū Patre gaudente: & vocauit vnū de ſeruis: & interrogauit, quid hec eſſent. Iſq;
dixit illi. Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum ſaginatum, quia ſaluū illū
recepit. Indignatus eſt autem & nolebat introire. Frater hic ętate ſenior inuidia infamis, il- Geneſ. 4
le eſt, qui interrogatus a domino de fratre quem ſuſtulerat, negauit (poſita omniſcionte) ſcire albus ana
ter eſſet, cui cuſtos datus non fuerat: Hic igitur in agro erat: qui conuictus criminis, egreſſus a facie dei, Deut. 11
ędificauit ciuitatem primam in terra. In agro erat, quia acceptat in repromiſſione, omnis locus quē cal- Heb. 13.
cauerit pes veſter eſto veſter. Abraham autem qui futuram ciuitatem inquirebat: nō accepit in terra nec Luc. 14.
C veſtigium pedis. Actu. 7. Erat igitur in agro, qui villam emerat, & boum iuga quinq; quibus agrū co-
leret, terrę ſemper incuruus, vxore ducta: atq; vtinam vnica tātū, & non ſub inde vxores ducens, dato
prioribus apoſtaſię libello. Deut. 22. Et proinde conuiuiū dedit peſſum quod pater inſtruxerat filio, Lu-
ce. 14. Hic igitur appropinquās domui, audiuit multorū concentum, de quibus Lucas, facta eſt cum an-
gelo multitudo cęleſtis exercitus Laudantiū deū. Luc. 2. Hieronymus. Male quidā de latinis ſymphoniā Hierony.
putāt eſſe genus organi, cū cōcorda in dei laudibus cōcetus ex hoc vocabulo ſignificetur, iuxta illud. Vbi
eras qū me laudabāt aſtra matutina, & iubilarēt oēs filij dei. Iob. 38 Quod igitur nūc dicit, audiuit con
cētū canētiū crotala ſiſtra & choros ludētiū & ſaltātiū, armi luſtria, & chironomiā id ipm ſupra ſignifi-
catū eſt: cū dixit, gaudiū eſt in cœlis ſup vno peccatore &c. Vocauit inqt vnū de ſeruis. Sit Petr⁹: q̄ iudęo
rū apoſtolus inſtitutus eſt. Gal. 2. Is ergo interrogatus a ſeniore frē ideſt a iudæis, q̄re introiſſet ad gētes
ꝑputiatas: hę erāt hic fr̄ minor, expoſita viſione de q̄ Actu. 10. & 11. Intulit, cū cępiſſem loq̄, cecidit ſpūs
ſanct⁹ ſup corneliū gētilē & eos q̄ cū eo venerāt, ſicut in nos ab initio. Recordatus ſum aūt vbi dn̄i dicē
D tis, Ioānes baptizauit aq̄, vos aūt ſpū ſctō. Si ergo eādē grām dedit gētib⁹ .i. minori filio, quā & nobis
q̄ credidimus in dn̄m Ieſum xp̄m, ego q̄s erā q̄ poſſem ꝓhibere deū? His auditis, tacuerūt & glificauerūt
deū dicētes. Ergo & gētibus pęnitētiā dedit deus ad vitā. Ex horū numero erat fr̄ hic ſenior, nō aūt meri-
to: fr̄ iuxta carnē: inimic⁹ ſpū: Hic enī nō glificauit clemētiā pr̄is, q̄ gētiū ſuſcepit pęnitētiā, ſed indigna
t⁹: & debachās: nolebat ingredi: inuidia liuidus. Plutar. Cur o hō in alienis malis (imo in bonis) pſpica- Plutarch⁹
ces habes ocl'os, in tuis cęcutis? Inuerte cognoſcēdi ſtudiū. Et ſi cordi eſt, aggredi malorū hyſtoriā, habes
a ſtatim domi qd' agas. Nūc v̄o ſicut fabulę narrāt, Lamiā quidē domi canere cęcū, ocl'os habētē in vaſcu- Lamia.
lo ſepoſitos, verū vbi ꝓdit foras reponit. Et enī ſicut gallina in ędibus frequēter cū cib⁹ ſit appoſit⁹, ſu-
bit angulū, ibiq; ſcalpēs terrā, ſicubi vt in fimo granum appareat vnum, itidem iſti q̄ lamiarū vicio la-
borāt: ægyptius q̄dā rogatus, qd ferret velatū: ideo inqt obuelatū eſt, tu v̄o cur curioſe veſtigas, qd' oc-
cultatū eit: Si nihil eſſet mali, nō fuiſſet occultatū. Hoc aūt loco inuertēda eſt ſentētia. Interrogāti enim
F fri, qd hoc eſſet, reſpōdēdū eſt ſi nō eſſet bonū, honeſtū id qd' audis: non fieret publice, in domo pr̄is tui, Plutarch⁹
illo pręſente & cōgaudēte. Quare ergo ingredi detrectas? Seqtur in Plutar. Age ſi æſculapius cū eſſet ho
mo, tenēs remedia & inſtrumēta, iuxta domū aſtās, ꝑ cōtaretur: nū quis haberet fiſtulā iuxta poſticum
aut nū vxor cācrū in mēbro pudēdo (quāq; huius artis curioſitas ſalutifera eſt) attamē nemo in fallor nō
abegiſſet per contatorē, qui non expectata neceſſitate, inuocatus veniſſet ad aliena mala cognoſcenda.
Non inferioris flagitij culpa eſt, inuitatum fratrem gaudere cum gaudentibus nolle. Arbitror enim
fratrem ſeniorem: ſi audiſſet: venit frater tuus perditus: & pater tuus Scorpionibus Cæſum: in ima Romā


Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ſcalarum gemon[illegible]rum concluſit, feſtine ingreſſurum, dicturumq; merito hec patitur, quia peccauit in
parentem ſuum. [illegible]unc autem audiens choros ſaltantium, iratus ſtat proforibus homo moroſus ne. Plu-
Plutarch? tar. Cætera quidem mala etiam cum viget morbi vis, vt cunq; cedunt, & admittunt orationem opiſerā
verum ira ſecus, ſed in liberos & in parentes, ac per iouem etiam Dijs, deniq; beſtijs ac vaſis anima ca-
Xerxes. rentibus iraſcitur. Nam & Xerxes ipſi mari notas ac plagas incuſſit: ac moti miſit epiſtolas in hāc for-
mam. Atho in fælix ad cœlum vſq; porrecte ne meis operibus facias tuos lapides ad elaborandum diffi
ciles, alioqui exciſum te: proijciam in mare. Vidiſti Regis potentiſſimi impotentiſſimum animum! Hic
igitur ſenior frater (frēm dico, ſed fera q̄dē erat) vſq; adeo ira in canduerat, vt domum etiam rogante pa
tre, ingredi detrectaret: Audi amice lector anignam fab llam veriſſimam. Duo vicini cum aliquando
litem confererent de lana videlicet caprina, eo ventum eſt, vt alter diceret. Ego cęlum ingredi omnino
nolo, ſi tu illuc iturus es. Reſpondit alter non minus ſtulte q̄ impie. Vere ego non beneficio ſed iniuria
affectus ero a deo, ſi me exiſtente in cęlo, teipſum inducat illuc. Ecce quomodo frater ſenior nollebat in- F
gredi cōuiuiū: in ſidelitate cæc?. Acta ſunt hæc in dioceſi Hiſpalēſi oppido de Φεζενελ Seq̄tur. Patet
ergo illius egreſſus: cępit rogare illū. At ille reſpōdens dixit patri ſuo. Ecce tot an-
nis ſeruio tibi: & mandatum tuum nunq̄ pręterivi: & nunq; dediſti mihi hędum: vt
cum amicis meis epularer. Sed poſtq; filius tuus hic qui deuorauit ſubſtantiam ſu-
am (alias tuam) cum meretricibus: venit: occidiſti ei vitulum ſaginatum. At ipſi dixit
illi. Fili tu ſemper mecum es: & omnia mea tua ſunt. Epulari autē & gaudere opor-
tebat: quia frater tuus mortuus erat: & reuixit: perierat: & inuentus eſt. 2. q. 1. C. Quē-
admodum. Vidiſti irrationabilem & prępoſteram iram fratris triſticia abſorti, vnde maxime gaudere
debuiſſet! Audi clementiam patris, quomodo ſupplex ad concordiam inuitat & adhortatur rogat q; fi-
lium (hoc enim ſignificat verbum παρεκαλει: parecali, rogare) dicens ore Pauli: pro Domino Ieſu Chri
ſto legatione fungimur, tanq̄ deo per nos exhortante, obſecramus vos vt reconciliemini deo. 2. Cori. G
Cap. 5. Porro qui fratrem quem videt reſipiſcentem & ſapientem ſanius non diligit, Deum quem non
1. Ioan. 4. videt quomodo poteſt diligere! Quomodo autem fratrem diligit de cuius bono tam anxie triſtatur. Ro-
Luc. 14. gat autem pater filium: cum iubere poſſit: ſed tamen neminem compellit, dicat licet alias, compelle eos
intrare. Sicut enim volentem abire non prohibuit, ita ſeniorem fratrem nollentem ingredi non compulit
ſed adhortatur & inuitat, ille autem cor ſuum poſuit vt adamantē, aures velut aſpidis ſurdę. Iuxta Za-
Hierony. ch. Cap. 7. Dixit enim. Ecce tot annis ſeruio tibi, & mandatum tuum nō pręterivi. Hieronymus. Qua-
ſi hec ipſum non ſit pręterire mandatum patrem non audire rogantem, & ſaluti alterius inuidere ante
deum iactare iuſticiam quę ex lege eſt, cum nemo ante deum iuſtus ſit, quando in angelis ſuis reperit
prauitatem. Iob. 4. Quis enim poteſt dicere: mundum eſt cor meū purus ſum a peccato! Prouer. Cap. 20.
Luc. 18. Ille forſan qui clamat in auribus dei, non ſum ſicut cæteri homines, huiuſmodi enim & ſui ſimilium eſt/
vox iſta, tot annis ſeruio tibi: & mandatum tuum non pręterivi. Et tamen frater iſte ſenior: ſic loquitur H
inſultans gentibus, toties ob idolatriam in captiuitatem traditus. Alioquī vnde audiuit ex ore Moſi, ego
ſcio contentionem tuam, & ceruicem tuam duriſſimam! Deut. 31. Et rurſus ex ore Stephani: dura ceruī-
ce vos ſemper ſpiritui ſancto rebelles fuiſtis. Actu, 7. Item Zacharias poſuerunt cor ſuum velut adamā-
tēne audiret legē. Cap. 7. Et nūc ſi deo placet mādatū tuum inquiūt nunq̄ preterivimus. Itaq; tam impu
Hierony. dens & frontoſum mendatium, nec refellendum putauit pater. Hieronymus. Oro te, nonne tibi videtur,
Luc. 18. ea quę ille phariſęus de publicano dixerat, iſte dicere de fratre? Et nunq̄ inquit dediſti mihi hędum, vt
cum amicis meis epularer, huic autem (quem ex inuidia nec fratris nomine dignatur) vitulum ſaginatum
adde & multorum concentum. Tantus inquit ſanguis effuſus eſt, tot paruulorum circunciſa pręputia, &
2. Para. 25. nullus eorum nos libertate donauit Ipſe Ioſias qui placuit in oculis tuis, Machabęi qui pro tua heredi-
tate pugnabant, hoſtium gladijs occubuerunt, & nullus cruor eorum vinctos tuos poſuit in libertate.
Ecce adhuc Romano imperio ſubiacemus. Non Propheta non Sacerdos non iuſtus immolatus/
eſt pro nobis: & pro luxurioſo filio pręcioſus ſanguis totius creaturę creatoris effuſus eſt. Et cum me- I
Theophy rentibus minora non dederis, immeritis maiora tribuiſti. Theophyl. Occidiſti vitulum. Tanta eſt Dei
Matt. 20. benignitas & tā liberaliter ſua dona nobis cōicat, vt & indignatio & ob murmuratio inde naſci poſſet.
Verūtn o fili q̄d deteriora cauſaris: cū habeas vitulū tenerrimū! Quid enī hędū expoſcis: cui miſſus eſt a-
Hierony. nus! Nec ſimules neſcire eum tā miſſum, quē Ioānes digito oſtēdit, dæmones teſtificati ſunt, angeli agno
uerūt, & pater de coelis. Quando autē pater inquit: fili tu ſemper mecū es: nō confirmat dictū filij ſtulti-
cię plenū: videlicet nunq̄ mādatū tuū pręterivi, ſed iraſcētē filiū alia ratione cōpeſcit. Neq; enim dixit
bene dicis fili: quia mādatū nō pręteriſti, ſed mecū es ſemper: lege videlicet qua conſtringeris, mecum es
nō quia pręcepta mea impleueris, ſed q; te in regionē lōginquā abire paſſus nō ſum. Nō aūt mirādū eſt
auſum eū patri tā procaciter mentiri, qui fratri potuit inuidere. Maxime cū in die iudicij quidā impu-
Matt. 25. dētius ſint nugaturi dicētes, quādo vidimus eſurientem, & nō pauimus te! Fili inquit, oīa mea tua ſunt, K
gem prophetas & eloquia dei, omnia autem dicit ideſt partē maximā. Nihil inquit tibi decedit, q; in ſta-
trem vtor clementia: ſi omnia mea tua ſunt, quare q; nihil illi vnq̄ negaſſe credendum ſit quem ad ſuum
vitulū hortatur edendum. Omnia ergo patris filij ſenioris ſunt, vel iudę? ſacramēta poſſidēs veteris te-
ſtamēti: vel baptizatus etiā noui. Et hec eſt ſubſtātia diuiſa duobus: quia iudęi cērena acceperūt bona,
Ambroſi. ſacramēta carnalia, chriſtianus pp̄ls bona ęterna ſacramēta cœleſtia. Ambro. Conſtitue mihi aliquē ex
Matt. 7. his qui ſibi iuſti videntur, qui trabē in oc'lo ſuo nō vidēt, & alieni feſtucā vitij ferre non poſſunt, quomō
indignātur quādo alicui peccatū fatenti (nūquid pro his ℣bis nō occidet Semei) & indulgētiā deplorāti

venia rela-

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

venia relaxatur? Quomodo aures eius cõtentum populi ſpiritualem ferre nõ poſſunt: cõuiuiũ patris &
do neſticorum dat peſſum: tumes de legis obſeruantia: alias impius qui fratrem accuſat corã patre quem 2.Reg.19.
pater excuſat dicens, adoleſcens erat: ſemel errare hominum eſt, quando nõ raro bonus dormitat Dauid,
potius gaudendum eſt, ꝙ mortuus cum eſſet (anima enim quę peccauerit morietur) reuixit &c. Cęte- Ezech.18.
rum ſi parabola exponatur de iuſto & peccatore, illud primo mouet inquit Hieronymus: cur iuſtus ſa
luti peccatoris inuideat, & in tantum iracundia repleatur, vt nec fratris miſericordia nec patris precibꝰ Hierony.
nec tertius domus iucunditate ſuperetur. Sed ſciendum ꝙ dei ſolius eſt perfecta iuſticia qui ſolem & plu
uias ęqualiter ſuper omnes infundit. Noſtra autem opera in eius comparatione ſunt ſicut pãnus mẽſtrua
tę. Quod autem in ſanctis inuidia cadere poſſit, inde patet, ꝙ matre petente pro filijs grandia, reliqui de Eſai.64.
cem indignati ſunt. Matt.20: idem videre licet in his qui conducti ſunt ad vineę culturã. Vnde illud. Nõ
A iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis viuẽs. Nõ dixit omnis homo: ſed omnis viuens, ideſt nõ apoſtolus,
nõ propheta, ad maiora cõſcendo nõ angeli cęterę virtutes. Eſt ergo deus in quem peccatum cadere
non poteſt cętera cum ſint liberi arbitrij: iuxta ꝙ homo ad imaginem & ſimilitudinem dei conditus eſt, pſa.142.
in vtramꝗ partem poſſunt ſuam flectere voluntatem. De hoc dictum eſt ſuperius iuxta Theophylatũ
Itaꝗ iudęus grauius peccauit inuidendo: ꝗ gentilis ab errando.

Caput.xiiij. Magiſter quid faciam boni &c. Pręcepta noſti. Hęc omnia ſeruaui. Vnũ tibi deeſt: vẽde oĩa, qui cõtriſtatꝰ: abijt. Faciliuſ camelus trãſibit foramẽ acꝰ: ꝗ diues ĩgrediat cęlũ. Sed deo oĩa ſũt poſſibilia

ET cum ingreſſus eſſet in via: procurrens quidam princeps: iuxta
Lucam, genu flexo ante eum: rogabat eum dicens. Magiſter boni
B quid faciam boni: vt vitam ęternam percipiam? Vel poſſidebo. Matt.19.
Ieſus autem dixit ei. Quid me interrogas de bono: iuxta Matthęum Marci.10
vel quid me dicis bonum? iuxta Marcũ Lucam. Matthęus: vnus eſt bo Luc.18.
nus deus: Marcus & Lucas, nemo bonus: niſi vnꝰ & ſolus deus. Ma-
tthęus. Si autem vis ad vitam ingredi: ſerua mãdata. Dicit illi, Quę?
Ieſus autem dixit. Marcus & Lucas: pręcepta noſti. Nõ dixit: legem Mo 23.q.4.ca.
ſi noſti, ne excludere videretur homines legis naturę a conſequenda vita ęterna. Eauidicta
Tres euãgeliſtę. Non occides vel homicidium facias, nõ adulteres: nõ mechaberis: nõ
facies furtum nõ falſum teſtimoniũ dices: Marcus: ne fraudem feceris: Tres euangeliſtę
honora patrẽ tuũ & matrẽ: Matthęus, Diliges proximũ tuũ ſicut teipm. Quęritur demẽ Auguſti.
te Auguſtini, ſi omnes volunt eſſe beati (ſicut dixit Mimus quidã omnes volũt id vnũ, emere vilius: vẽ- 1.Cor.9.
C dere carius) idꝗ ſolũ in volũtate ſit, ſiquidẽ & deus vult oẽs hoĩes ſaluos fieri: cur nõ oẽs hãc beatitudi-
nẽ adipiſcũtur, ſed vix ex cẽtũ vnus accipit palmã? An forte eo euenit, ꝙ aliud eſt velle bñ aut male: ali-
ud mereri aliquid per bonã aut malã volũtatẽ. Nã illi qui bẽi ſunt, quos bonos eſſe oportet, nõ propter
ſunt bẽi, ꝙ bñe viuere voluerũt, nã hoc volũt etiã mali, ſed ꝗa recte viuere volũt, qđ mali nolũt. Nõ er
go mirũ ſi mali nõ adipiſcũtur quod volũt ideſt vitã beatã, illud eñi cui comes eſt, & ſine quo ea nemo
dignus eſt recte videlicet viuere nõ itidẽ volũt. Cũ aũt dicimus volũtate hoĩes eſſe miſeros, nõ ideo dici
mus: ꝙ miſeri eſſe velint ſed ꝙ in ea volũtate ſunt, quã etiã eis inuitis miſeria ſequatur neceſſe eſſe: ita er
go princeps hic vnus e magnatibus iudęorũ cũ deſiderio teneret vitę beatę, in qua erũt ſancti ſicut ange Matt.22.
li: ſciens autem ꝙ beatitudo non datur voluntati nudę ab operibus: alioqui nulli auidius auent beatitu Luc.10.
dinem, ꝗ hi qui tanꝗ fulgura e cœlo deturbati ſunt, datur autem volenti bene viuere, & bene viuenti,
gratia dei ſum id quod ſum.1.Cor.15.) ideo procurrens genu flexo, vel accurrens προσ δραμον, proſdra-
D mon ante dominũ ieſum, rogat eum dicens. Magiſter ſcimus, ꝙ viam illam doces qua recta itur ad aſtra
quid ego faciendo: vitam ęternam poſſidebo? Damnati ſumme appetunt beatitunẽ: & forte intenſius ꝗ
nos in via, licet eam apprehendant vt impoſſibilem eis, Et maxime delectarentur in conſideratione illi
us obiecti, ſi permitterentur, & in hoc forte ſumme triſtantur, quia ſic detinentur ab igne in conſideratio
ne ſua, ꝙ non permittuntur conſiderare deum, vt eſt obiectum naturalis beatitudinis, nec ſeipſos, in quo
maxime quieſcerent Scotus in: 4. Diſtin 49.q.10. Seneca: Ille beatus eſt (inchoatiue) qui omne bonum Seneca.
animo habet, qui neminem videt: quo cum ſe commutatum eſſe velit, vt videlicet non ſit ſicut cœteri
omnes. Luce. Capite 18. Dicens ergo: quid faciens boni, oſtendit ꝙ non auditores legis iuſtificabuntur
ante Deum, ſed factores. Roma, Capite, 2. Cuius factores? Si tradidero corpus flammis, bona pauperi-
bus, charitatem autem non habuero, nihil ſum. 1. Cor. Capite, 13. Cymbalum ſum. Diſputante Phili- Philippus
ppo cum quodam fidicine depulſandarum fidium ratione, cum ſibi hominem probe refellere videre-
tur, ridens (vt inquiunt) ille, dij melius o Rex ait, ne vſꝗ adeo miſer ſis, vt hęc meſcias melius. Alię
F artes & alia opera decent Regem, vt Rex merito dici poſſit, hec tu tanꝗ ſuperflua miſſa facias, id po-
tius inquirendum quid faciemus vt poſſimus eſſe beati, Et forte iſte non tam doceri cupit a Domino Ie-
ſu Chriſto quid facere debeat, ꝗ ob ea quæ fecerat laudari. Et Dominus Chriſtus. Quid inquit me
dicis bonum vel interrogas de bono? Cum vnus tantum ſit Deus qui bonus ſit. Si inquit Bonum cõ-
fiteris: confitere & Deum. Conuertuntur enim duo hec nomina, Deus natura, bonum eſt: & bonũ per Theophy
eſſentiã deꝰ eſt: id aũt dixit dñs corrigẽs fidẽ eius. Theop. Nemo bonꝰ &c. Partim ꝙ nos vt luna muta- Eſai.64
mur, parti ꝙ bõitas nrã ad diuinã bonitatẽ collata malicia eſt, & pãnꝰ mẽſtruatę. Ori. Qđ ergo iuenis Origenes.

 in alijs

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

in aliȷs appellatio boni, vidit enim deus cũcta quę fecerat & erant bona & valde bona, abuſiue tamen
dicitur de illis bonitatis ratio. Serui ſumus inutiles, cũ fecerimus omnia quę pręcepta ſunt nobis. Luc.17.
Nec enim ſi vere eſſent bona quę fecimus, ſcriptũ eſſet, vt facientes ea diceremus, ſerui inutiles ſumus,
ſi proprie cõueniret hoibus appellatio bonitatis. Vere enim quãdo declinamus a malo & facimus bonũ,
Ps.35. quãtum ad comparationem cæterorum hominũ qui in ſordibus ſuis putreſcũt, dicũtur bona que agim⁹
quãtũ aũt ad veritatem iuxta quod dicitur in hoc loco ꝙ vnus eſt bonus, bonũ noſtrũ nõ eſt bonũ, qa
lucerna ante ſolem nõ lucet, & ſtellę nõ ſunt mũdę in cõſpectu eius. Et tamẽ dicit dñs, ſerue bone & fi-
Iob.15. delis. Matth.24. Multa aũt dici poſſunt de bonitate dei, quandoquidẽ & ipſe furor eius (vt irã dixerim)
Deut.32. bonus eſt. Ideo enim percutit vt ſanet, nõ miſeretur vt miſereatur. Excęcauit Paulũ, vt in tertiũ raperet
Actu.9. cœlum. Multa aũt de bonitate ſua abſcõdit deus a timẽtibus eum, vt ne diuitias cõtemnamus bonitatis
& longanimitatis illius, id quod mihi videtur mirabile. Siquidem iuxta Auguſtinum & ſi meliores ſunt F
Auguſti⁹ quos attrahit & corrigit amor & bonitas dei, plures tamen ſunt qui timore corrigũtur. Abſcõdit igitur
eis deus multa de bonitate ſua, ne negligẽtia reſoluãtur, intelligentes, tam bonũ eſſe deũ, vt ad vnã pcu-
lã tã tãſummã ęris alieni remiſerit ſeruo veteratori neq̃ & oĩum hominũ ingratiſſimo. Matt.18. Nemo
inquit bonus niſi vnus de⁹. Quis eſt iſte deus? Hęc dicit domin⁹. Dimitte populũ meũ. Exo.5. Dura hęc
Abulenſis vox apud Pharaonem, qui ſuperiorem nõ agnoſcebat dñm aliquem, Nã dñs nomẽ correlatiuũ eſt ſerui
Et Pharao. Quis eſt dominus? Quod irridẽdo dicit, vnde infert, dñm neſcio. Et tamẽ iuxta philoſophum
deũ eſſe eſt per ſe notũ, eſto. Sed nũquid erat per ſe notũ, ꝙ deus hebręorum erat ille deus, & nõ magis
Apis quẽ colebãt ægyptiȷ? Eſt aũt deus in cęlo eſſentialiter, in inferno pręſentialiter, vbiq̃ potentialiter
imo vbiq̃ eſt his tribus modis, id autem ex fide tantum habemus. Ad hęc Plato. Multi me rogãt o Dio
Plato. nyſi, vt ad te aliquid ſcribam: quos haud facile eſt vacuos a me prorſus repellere. Symbolũ itaq̃ tibi eſto
vt illius epiſtolę quam vt ſerio a me ſcriptam velim accipias, dictio hęc, theos ſingulari numero ſit prin-
cipium, leuiores aũt epiſtolę dij numero multitudinis. Et infra Deus bonus erat: bonũ vero nulla rei cu G
iuſq̃ ſubit inuidia. Cum itaq̃ extra inuidiam eſſet, voluit oĩa eſſe ſibi ꝙ maxime ſimilia. Diximus aũt
ſimilia nõ iuxta naturam, ſed eo dũtaxat, ꝙ & ipſa ſunt (habent ſe tamẽ ſpecies rerũ ſicut numeri, idq̃
ab omnibus cõceditur, a nullo probatur) nullius certe vtilitatis cauſa, vt videlicet honores ab hominib⁹
acciperet vel fumidũ ſacrificij vaporem, ſed oia bonitate adduct⁹. Sicut ergo multa ſunt quę facta ſunt
& tamen deus ſingulariter dicit, ego ſum qui ſum, ita quicquid eſt: aliquid boni eſt, quia quicquid lauda
Exo.3. tur, ideo laudatur quia bonũ eſt, inquit Auguſtinus, tamen deus ſolus dicitur bonus, a quo omne quod
Auguſti⁹ eſt bonũ tanq̃ a fonte eſt. Ambro. Omnia inquit erãt bona valde. Et ita in fabrica humani corporis gra
Ambroſi⁹ ta eſt vniuſcuiuſq̃ membri portio, ſed plus in cõmuni diſpoſitio membrorũ apta delectat, ꝙ ita ſibi cõ
uenire videatur. Quęritur aũt, ſi deus vnus eſt: et iam iuxta eos qui de ſcripturis ſanctis nihil audierunt
Plutarch⁹ (dicente Plutarcho: multi feruntur dij facti ex hominibus, qui ob ſuam virtutem corruptibilitatẽ illam
ac mortalitatem exuiſſe ferũtur, in deos immortales inuerſi, tamen ſempiternus increatuſq̃ rerũ cõditor H
vnus eſt deus, ſi modo ijs credere volumus, quę de Deo a ſapientiſſimis viris tradita ſunt) vnde vox illa
impietatis plena: fac nobis deos qui nos pręcedãt? Abulenſis deum dicit legendum. Sed ſi deum verũ pe-
Abulenſis tiit, quomodo faciẽdus eſt, per quam facta ſunt omnia? Sciendum ergo ꝙ hoc nomẽ heloim multis locis
Geneſ.1. ſcripturę ponitur plurale pro ſingulari: ſicut ibi: Bereſith: bara heloim Zamaim, ve ares. Iten Exo. C.7.
Conſtitui te heloim Pharaonis. Iten Eſai.19. In manu deorum crudeliũ: hebraice eſt: adonim quaſet ideſt
duorum crudelis. Itẽ Ioſue.24. Nõ poteritis ſeruire domino, deus enim ſanctus eſt: Hebraice eſt, ſeruire
domino, quia ſancti ipſe. Iten. Deut. Cap.5 Vt audiat vocẽ dei viuẽtis, hebraice eſt, heloim ha ijm, ideſt
deorum viuentiũ. Itaq̃ iudæi vnũ petierãt deũ: ſed quia numero plurali id expreſſerũt, Hieronym⁹ ita
trãſtulit ſicut ille dixerũt, nõ ſicut intelligebãt, Verũ cũ verũ deũ reliquiſſent, nõ refert vtrũ vnum aut
multos flagitarẽt, quia verus deus vnus tãtũ eſt. Illud tamẽ extremę demẽtię deum qui ſeipſum mouere
Exo.32. nõ poterat (qui aũt poſſet cũ nihil aliud eſſet ꝙ aurũ cõflactũ ex in auribus) ducem vię petere. Iſti inq̃t I
ſunt dij qui te potenter eductũ de ægypto huc uſq̃ perduxerũt, & poſſunt cõſequenter inducere in terrã
promiſſam. Is ergo qui incorporeus nõ videbatur in ægypto cũ te eduxit, ille ipſe eſt: quem nunc coram
cernis, hoc eſt latet potẽtia eius in aureo hoc vitulo, Quo id argumẽto colligebant? Nũ motus eſt loco,
aut comedit fenũ? Sed nemo bonus niſi vnus de⁹. Tãtã enim inſaniã perſequi demẽtię eſſet. Hilari⁹, ita
Hilarius, ꝙ iuuenis hic inſolens per obſeruantiam legis: iuſtificatũ ſe in operibus legis exiſtimans quomodo Pau
lus dixit: ſecundũ iuſtitiam quę ex lege eſt, cõuerſatus ſine querela (Phil.3.) & nõ intelligens veniſſe do
minũ ad oues perditas iſrael: tanq̃ cõmuniũ pręceptorũ & in lege ſcriptorũ magiſtrũ interrogat domi-
nũ legis: & vnigenitũ deũ. Deteſtatus itaq̃ dñs hãc de ſe irreligioſę fidei profeſſionem: ꝙ tanq̃ vnus de
magiſtris legis interrogaretur, ait. Quid me dicis bonũ? Nõ ergo reſpuit bonitatis nomẽ, ſi ſibi hoc tã
deo deputaretur: quaſi dicat, Si bonũ cõfiteris: cõfitere & deũ. Cæterũ ſi vis ad vitã ingredi: viã nulli,
ſerua mãdata. Ergo & lex ſeruata vitam æternam cõferebat ſuis obſeruatoribus: licet non actu propter K
impedimentum. &c. Verum lex hoc loco decalogum ſignificat, ſicut patet intuenti. Serua inquit manda-
ta quę toties audiſti ab ore doctorum legis. Vide Deut. Cap.5. &. Cap.6. Et cũ ille ſimularet ignorantiã
dicens: quę ſunt pręcepta hęc: quibus opere exhibitis beatus ero? Intulit dominus: vere illa noſti: nam di
Auguſti⁹ cturus es: hęc omnia obſeruaui a iuuentute mea: tamẽ vt compendio dicam: nõ occides &c. Auguſtinus
Exo.28. Cũ multa quidem dominus Moſi loquutus fuerit: duę tantũ tabulę lapideę dãtur ei, quę dicuntur teſti-
monij: quoniã cætera quęcunq̃ loquutus eſt dominus ex illis duobus pręceptis pendent, quę in duabus
tabulis cõtinentur, & hę ſunt duę catenulę ex multis anulis cõtextę, ex quibus pendet rationale: pendet
lex & pro-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

lex & prophetę, ſicut ipſa decem a duobus. Sco. 4. Diſtin. 15. q. 3. E. Sed obſerua ꝙ in pręſen[ti] loco de prę- Rom. 13.
ceptis primę tabulę nulla ſit mētio, quia iuxta Apoſtolum, qui proximum diligit: legem impleuit. Vn-
de poſtꝗ dñs dixit pręcepta ſecundę tabulę vno dempto videlicet vltimo, intulit, cōcludens totam legem
vnico verbo, diliges proximū ſicut teipſum. Hieronymus. Sæcularis apud Grecos ſentētia eſt, quicquid Hierony.
licet: minus deſideratur. Ergo e cōtrario quicquid minus licet: fomentum accipit deſiderij. Vnde & Tu- Tullius.
llius de patricidarum ſupplicijs apud Athenienſes Solonem ſcripſiſſe negat, ne nō tam prohibere, ꝗ com-
mouere videretur. Vnde & referente Plutarcho, Romulus cum nullam parricidę pęnam deffiniſſet: om- Romulus
ne homicidium parricidium nuncupari voluit, ꝙ hoc impium ac nefarium illud autem impoſſibile eſſe
diceret. De adulterijs dictum eſt. Ioan. 8. Matt. 19. Dicit tamen Hieronymus, ꝙ tēpore ſuo adulteria ca- Hierony.
pite puniebantur, ſed hoc ſęculo, luſus ſunt eorum qui famoſi ſunt in terra, nō omnium, abſit. Parum eſt
autem ſi Coccyx doleat muſſitans malum ſuum, niſi & interim ferat ſecū vtrię litteras, videlicet Epi Ke-
A rata metauiam: Sed ſecretum meum mihi. Ne fureris. Eſt gens quędam Ageſurmi vocantur: qui ſancitā prouerbiis
habent legem, vt qui in furti ſuſpicionem venerit, eueſtigio ſuſpendatur. Mox triduo de ſuſpicione iudi Sabellicus
cant. Si ſontem inueniunt, pendere ſinunt, donec per partes ad terram deſluant cadauer. Inſons repertus
ſepelitur, exequięꝗ ex publico ſoluuntur. Labeo referente A. Gellio, in li[b]ro de/12/tabulis/2, acria & ſe- Labeo.
uera iuditia de furtis habita eſſe apud veteres ſcripſit. Idꝗ Brutum ſolitum dicere, furti damnatum eſſe,
qui iumentum alioſum duxerat, ꝗ quo vtendum acceperat. Iten qui longius produxerat ꝗ quem in lo Furtum.
cum petierat. Apud indos furtum eſt fędiſſimum, apud Lacedæmonas valde laudabilę. Plutarch. Apud Plutarch.
Lacedęmonas pueri adeo diligenter & attente furantur (more patrio) vt narretur quendam cum leonis
catulum ſubripuiſſet, pallioloꝗ inuoluiſſet, eius ventre vnguibus & dentibus a beſtia diſcerpto, omnia
latendi gratia tolerantem obijſſe, ſiquis autem fuerit deprehenſus, multis verberibus flagro afficitur, ꝗſi
negligenter ineptecꝗ furari videatur. Draco apud Athenienſes ſtatuit furem cuiuſcūꝗ modi vltimo ſu- Draco.
B pplicio puniendum. Decem viri apud Romanos furem qui manifeſto furto pręhenſus eſſet, tum demum Decē viri.
occidi permiſerunt, ſi aut cum faceret furtum, nox eſſet (Vide Exo. Cap. 22) aut interdiu ſe telo cum pren
deretur defenderet, Ex cæteris autem manifeſtis furibus liberos verberari, addijciꝗ ei cui furtum factum
eſſet. Seruos vero manifeſti furti deprehenſos, verberibus affectos, e ſaxo pręcipitari. Pueros impuberes
arbitrio prętoris verberari, noxamꝗ ab eis factam refarciri. Dixit autē Cato (notate verba o boni die- Cato.
tarij compilatores) in quedam oratione. Fures priuatorum furtorum in neruo atꝗ cōpedibus ętatē agūt
fures publici in auro atꝗ in purpura. Id verum ſit nec ne, videro. Quod autem poſſit quis pia fraude ſua Abulenſi
ſubripere: ſi alias via non patet: probatur per illud Geneſ. 30. Reſpondebit mihi cras iuſtitia mea. Tantū
enim dedit deus ipi Iacob de bonis Laban pia fraude, quātum ille dare tenebatur pro locanda vtraꝗ fi-
lia, ſiquidem Laban primum eas vendidit ipi Iacob pro labore annorum/14/ſecūdo nō eas dotauit mo
re patrio. Vide igitur quibus technis Iacob ditatus eſt de bonis Laban, pro annis viginti quibus ſeruiuit
C ſeruitutem duriſſimam, & pro duabus ſororibus quas duxit. Erat autem lex mirabilis apud ægyptios, Diodorus
teſte Diodoro: vt qui rem furto amiſiſſet, quarta eius parte mulctaretur, quę furi qui principi ſacerdotū
nomē ſuum profeſſus fuiſſet debebatur. Vtrū autem infideles poſſint expoliari rebus ſuis; ab eo qui ha-
bet autoritatem reipublicę ſi poſſunt iuſte occidi, quorūvtrunꝗ concedit. S. Thomas. 22. q. 66. Ar. 8. Iten S. Thom.
Alex. Ales. 3. pa. q. 36. Mēbr. 3. Parra. 3. Cōſule alios. Si enim in pace viuunt, non video quare ſint vel oc-
cidendi vel rebus ſuis expoliandi. De iudeis ſecus dicunt doctores iſti. Quam caſte autem & religioſe a
prudentiſſimis viris furtum diffinitum ſit/audi. Nequis eum furem ſolum putet qui occulte ſubripit, qui Furari.
enim alienam rem attrectauit, cum id ſe inuito domino facere iudicare deberet, furti tenetur. Illud me-
mento, furtum ſine vlla quoꝗ attrectatione fieri poſſe, mente ſola vt furtum fiat adnitente, Et concludit
A. Gel. Quo circa ne id quidem Sabinus dubitare ſe ait, quin dominus: furti ſit cōdēnādus, qui ſeruo vti A. gellius.
furtum faceret imperauit. Lib. 11. Cap. 18. Tu autem obſerua verba dei alloqūtis Ioſue ſuper furto Achā
de quo habes Ioſue Cap. 7. Peccauit iſrael, pręuaricati ſunt pactum meū, furati ſunt: atꝗ mentiti, & abſ-
D conderunt inter vaſa ſua. Nec poterit iſrael ſtare ante hoſtes, eosꝗ fugiet & cætera quę ſequuntur. Et ta-
men vnus tantum erat ſaccularius. Numera quot verba dixit Dominus idem ſignificantia. Et cum ipſe
vocaretur Achan, ſepulchrum eius vocatur Achor, quod turbatio interpretatur, quia furto ſuo turbabit
populum. De cōcupiſcētia ita dicit Ambro. Super illud, o ſiquis mihi daret aquam. Dauid cōcupiſcētiā Ambroſi.
aquę mitigare potuit, auferrę uō potuit: effudit enim aquam coram domino. Quę res inditio eſt, ꝙ con 2. Re. 23.
cupiſcētia quidem pręueniat rationē, ſed ratio cupiditati reſiſtat. Humanū itaꝗ eſt quod paſſus eſt Da-
uid, vt irrationabiliter concupiſceret, ſed illud laudabile, ꝙ irrationabilem cōcupiſcentiam rationabiliter
parato fraudauit remedio. De falſo teſtimonio dicetur Matth. 27. De honore parentum habes. Matth. 15.
Et diliges proximum tuum. Ad hec Origenes. Legimus in euangelio quod dicitur iuxta Hebręos, quod Origenes.
nos nō probamus, ſed tantum ad manifeſtationem propoſitę veritatis. Dixit ad dominū quidam diues
Magiſter quid boni faciens viuam? Dixit ei. Homo leges & prophetas fac. Reſpondit ad eū. Feci. Quid
E adhuc mihi ſupereſt, vel iuxta tres euangeliſtas: hęc omnia inquit ſeruaui a iuuentute mea. Ma
ſcripturã quia ei ſi, & ę vel: eadem voce ſunt apud Grecos. Si legamus ei id eſt ſi, pendebit a ſuperiorib⁹ oratio, vt ſit ſenſus. Num ideo mihi minus licet facere de bonis meis quod volo, ſi tu oculum habes nequam & inuidum? Cum ego certe non poſſim non eſſe bonus. Si autem legas ę: an vertendum erat, non aut, vt ſi ſenſus. Num mea benignitas in cęteros cruciat tuos oculos? Quandoquidem ex patris familię beneficentia nata eſt illius inuidentia, non ex iniuria dantis id quod erat in pactis. Ambroſius. Huic calumniatori iniuſta videbatur hęc largitas. Et quid eruditionis retulit, quid rõnis accepit? Non eſt ei diſpẽſationis huius reuelata iuſticia: nec ad inſpectionem ſecreti latentis admiſſus eſt, ſed vt adiſcutiendis dei iudicijs abſtineret, oppoſita eſt ei bonitas miſerantis: & volentis poteſtas. Vbi enim iudicia dei nobis imperuia ſunt, nec inueſtigari poteſt, quare ita iudicet: ſufficiat ſcire quis iudicet. Amice ergo ſi ego bonus, quare oculus tuus nequam eſt? Sic erunt nouiſſimi primi, & primi nouiſſimi. Sic enim Ambroſi⁹

A multi ſunt vocati, pauci vero electi. Vocati ad iuſticiam pertinent: ad electionem pauci, quib⁹ De pęnit. cum miſericorditer agitur. Alias omnes vocati electi ſunt. Fiunt autem nouiſſimi primi, non ꝙ fiãt ma Diſtin. 4. iores aut potiores in meritis, ſed quia ſimul vtrique accipiunt denarium. Omnes enim eodem veſpere ac Si ex bona ceperunt. Nomine autem veſperę huius intellige tempus euangelij, ſicut & Paulus aſtipulatur, nos ſumus in quos fines ſeculorum deuenerunt. Multi igitur vocati ſunt prius, ſed quia non omnes obediunt 1. Cor. 10. euangelio, iſti primi fient nouiſſimi: de quibus dicitur Matt. 8. Filij autem regni proijcientur in tenebras Rom. 10. exteriores, ipſi ſunt iudęi increduli chriſto vocanti. Et nouiſſimi primi; ipſi ſunt gentiles, qui non viderunt: & crediderunt. Ioan. Ca. 20. Quod autem ſequitur: multi ſunt vocati &c. Ad vtroſque pertinet, quia multi iudęi ſunt vocati multi item gentiles, & ex vtroque populo pauci eligentur, quia pauce ſunt ſtellę reſpectu arenę &c. Hoc prefiguratum eſt in phares & Zara. Zara enim proferente manum, cui obſtetrix ligauit coccum, Phares anteuertit eum & prior editus eſt. Zara populus eſt iudaicus, qui manũ ſe- Geneſ. 38.

B pe cruentauit ſacrificijs legalibus, anteuertit tamen ei vitulum & denarium frater eius Phares. Idẽ patet in Iacob & Eſau: cui Iacob fraude ſubripuit benedictionem. Sic & minor ephraim manu dextra, & Figura. maior Manaſſes ſiniſtra benedicuntur à ſancto patriarcha Iacob, id etiam moleſte ferente patre puero- Gene. 27. rum ſancto Ioſeph. Poteſt eſſe alter ſenſus verborum illorum: multi ſunt vocati. Si enim dicamus ꝙ omnes qui vocati ſunt iuxta propoſitum dei ad vin ę culturã ſint ſancti, ſicut videtur ſonare parabola cũ Geneſ. 48. dicit, voca operarios: omnes videlicet qui vocati ſunt hora prima tertia, ſexta: nona: vndecima, tunc dicendum ꝙ licet omnes ſint ſancti: inter hos tamẽ ſanctos ſunt pauci quidam electi ex electis, ſicut ſupra diximus de mente Origenes, quorum quilibet pro decem milibus computatur, & de iſtis dicitur, pauci 2. Reg. 18. electi ſicut Noe, Abel/Abraham/Iſaac/Iacob/Ioſeph/Moſes/Ieſue/Dauid/Ioſaphat Ioſias. De nouo autem teſtamento per ſe patet. Auguſtinus. Multi ſunt vocati, at electorum pauciſſimus numerus. Si- Auguſti⁹. meon viſo puero, reuelante ſpiritu ſancto, credidit. Luce. Cap. 2. Nathanael ad vnam ſententiam chriſti dixit. Rabbi tu es filius dei, quod tanto poſt quia Petrus dixit, beatificatur. Matth. Cap. 16. Diſcipuli viſo

C miraculo in Chana, crediderunt. Multos loquendo vocauit, Matth. Cap. 11. Multi nec excitatis mortuis crediderunt. De cruce atque morte eius diſcipuli conterriti titubauerũt, & tamẽ latro tunc credidit, cum eum non preſtantiorem videret in operibus: ſed conſortio crucis equalem. Thomas non tam viuentibus membris, ꝙ recentibus cicatricibus credidit. Multi viderunt & oderunt. Patet ergo ꝙ & ſi Ioan. 20. multi vocentur pauci eliguntur, quia vocantem renuerunt. Quod ſi tanta quoque poteſt eſſe obſtinatio Ioan. 15. voluntatis, vt contra omnes modos vocationis obdureſcat mentis auerſio, quęritur verum de Diuina parua ſit ipſa duritia. Eſt igitur obduratio Dei nolle miſereri: vt non ab illo irrogetur aliquid quo ſit homo deterior, ſed tantum quo ſit melior non erogetur. Nam ſi in Tyro & Sidone & cętera. Matth. 11. Gene. 6. Multi igitur fabricauerunt arcam Noe, & hi omnes vocabantur ſed octo tantum electi ſunt. Electio autem ex gratia prouenit. Multi vocati ſunt ad terram fluentem lacte, & duo tantum ingreſſi ſunt. Nũ. Cap. 26. Cęterum iuxta Chryſoſtomus. Quod dicitur, erunt nouiſſimi primi, & multos eſſe vocatos, Chryſoſt.

D & cętera/id non parabola concluſum eſt: ſed quemadmodũ nunc contigit vt pręter ſpem & contra opinionem omnium equalem omnes mercedẽ acciperent, ſic maius illud & mirabilius, vt primi vltimi fiãt & vltimi primi euenturum ſit. Ita concluſa eſt parabola eadem ſententia qua cepta eſt. Et ibat per ci- Luc. 13. uitates & caſtella docens & iter faciens in Hieruſalem. Ait autem illi quidam. Domine an pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad illos. Contendite intrare per anguſtam portam, quia multi dico vobis querent intrare: & non poterunt. Cum autem intrauerit pater familię, & clauſerit oſtium: incipietis foris ſtare: & pulſare ad oſtium dicentes, domine aperi nobis. Et reſpondens dicet vobis: neſcio vos. [illegible] igitur dominus per ciuitates vndique conquirens operarios ad culturam vineę ſuę, omnibus vltro offerens denarium illum qui cunctim & eminenter continet in ſe omnium bonorũ aggregationẽ. Et properabat

E illo vbi granum illud erat infodiẽdũ terrę ſed triduo tãtũ, vt eccleſię ſeges pullularet. Erga in [illegible] Luc. 13. ſublimia quędã docuerat: de vẽdẽdis facultatibus: de den[illegible] illo pacto cũ cul[illegible] vineę neſcio cuius de oue inuenta: & gaudio affectis angelis in celeſtibus: quidã adiens eũ/dixit Dñe an pauci ſunt, qui ſalutẽ eternã cõſequãtur? Nã parabola de vocatis ad laborẽ vineę, paucos dic[illegible] fore eligẽdos ex multis vocatis. Rurſus parabola de grano ſinapis & fermẽto videtur diuerſum polliceri, nempe doctrinam euan- Matt. 13. gelij ad multos peruenturam dominus autem Ieſus oſtendit vtrumque verũ eſſe, quia videlicet multi vocantur, imo omnes vocabuntur ad vineę culturã iuxta illud, in omnem terrã exiuit ſonus eorum. Pſ. 18. Et Matth. 24. illud, & predicabitur hoc euãgelium in vniuerſo orbe in teſtimoniũ oibus gentibus, nullũ tamẽ acceptu ſũ denariũ illũ, quo ſine ois homo quãtũlibet diues pau[per] eſt; qui nõ renunciauerit oibus quę poſſidet, vt

MM ij videlicet

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

videlicet depoſita gibba, ingrediatur foramen acus, Marci.10 Dixit. Cõtendite intrare: ἀγωνίζεσθε, agonizethe ad nitimini acriter, quia auguſtus licet ſit ingreſſus: ducit tamen ad latitudinem. Contendite in
Matt.10. trare in naſſam eccleſię, quę in modum fiſcinę anguſta eſt in ore, in vtero latiſſima. Huiuſmodi erat arca
Noe, quę cum vnicum tantum haberet oſtium: intus tamen erat ſicut ciuitas capaciſſima. Eſtote igitur
prudentes ſicut ſerpentes: deponite gibbam: abijcite vellus, exuite pellem. Quandiu igitur patet ianua
Ioſue.3. feſtinemus ingredi in terram fluentem lacte: tandiu autem patet, donec tranſeat populus pręcedens ar-
Figura. cam, ſtante arca dei cum ſacerdotibus in Iordanis alueo. Arca autem tranſeunte: Iordanis qui conuerſ?
Matt.25. fuerat retrorſum: reuerſus eſt ad conſuetum curſum, & clauſa eſt via: clauſa eſt ianua, & quicunque clau-
ſo oſtio: pulſauerit cum virginibus fatuis, dicens, domine domine aperi nobis: nihil aliud audiet quam illud
neſcio vos, Clamaui: inuitaui, alexi, deterrui, rogaui: compuli: operam & impenſam luſi: parpari repo-
nam: neſcio vos. Inuocate deos quos coluiſtis. Surgant & opitulentur vobis: & in neceſſitate vos prote
gant. Deut.32. Aliud igitur interrogauit homo iſte: & aliud audiuit cum cęteris qui aderant. Ille inqui-
rebat de numero ſaluandorum, & audiuit, id veſtra ſcire non refert illud magis ſatagite, vt iuxta Petrũ
apoſtolũ per bona opera certam faciatis vocationẽ veſtrã. 2. Pe.1. Hoc eſt vt ſitis de numero vocatorũ
ſitis de numero electorũ. De quo vide Matth. 7. Nõ enim certatur de oleaſtro, oleagina aut quęona co-
rona. Tũc incipietis dicere, mãducauimus corã te, & bibim⁹: & in plateis noſtris do
cuiſti, & dicet vobis. Neſcio vos vnde ſitis. Diſcedite a me oẽs operarij iniquitatis, ibi erit fle
tus & ſtridor dentium: cũ videritis Abrahã & Iſaac & Iacob & oẽs prophetas in regno dei: vos aũt ex
pelli foras. Et veniẽt ab Oriẽte & Aquilone & Occidẽte & Auſtro, & accũbent in regno Dei. Et ecce
ſunt nouiſſimi qui erũt primi: & ſunt primi qui erũt nouiſſimi. Quę oĩa expoſita ſunt. Hęc peculiariter
Iudęos impetũt, apud quos dñs natus eſt & enutritus, & cõuerſatus annos circiter duo de triginta, & q
bus cũ mãducauit & bibit, & inter quos docuit, quorũ multos ſibi adiunxit in diſcipulos, quorũ tamen
multi ad tẽpus crediderũt: & tãdẽ abierũt retro ſicut dictũ eſt Ioan.6. Sed ſpũs eſt qui viuificat, caro au
tẽ nõ prodeſt quicq̃. Hoc eſt dictu, nõ omnis qui dicit mihi dñe dñe (nã & dæmones credũt & cõfitẽtur)
intrabit in regnũ cœlorũ, ſed qui fecerit volũtatẽ patris mei qui in cœlis eſt. Matth.12. Vos aũt qui ſitis
Deut.32. aut vnde ſitis neſcio, hoc eſt indigni eſtis mea ſciẽcia, iuxta illud & dixi, vbi nã ſunt. Na ſi alicubi reper
ti fuerint, perire faciã de terra memoriam eorum. Quo contra de iuſtis dicitur, in via hac qua gradieris,
Apoc.3 firmabo ſup te oculos meos. ps.31. Quia teipm noui ex noie. Exo.33. Vos aũt nomẽ habẽtes viuorũ mihi
Luc.13. mortui eſtis, imo mihi nõ eſtis, meli⁹ vobis fuerat natos nõ eẽ. Ma.26. Diſcedite a me. Vide Ma. 7/i bat

Caput. xvij. Vade hinc: quia Herodes quęrit te interficere. Dicite vulpi illi &c. Sequitur de hydropico quem dominus ſanauit confutata inſania phariſaica. Quodq; in conuiuio qui inuitatur, ſemper teneat nouiſſimum locum & patet.

IN ipſa die acceſſerũt quidã phariſęorum dicẽtes illi. Exi & vade
hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis. Ite & dicite vulpi
illi. Ecce eijcio dęmonia, & ſanitates perficio hodie & cras, & ter
tia die cõſumor. Verũtñ oportet me hodie & cras, & ſequẽti di
ãbulare: quia nõ capit pphetã pire extra hierlm. Qm hęc & multa alia
imo fere oĩa quę docebat dñs Ieſus idq; ſũma cũ libertate: moleſta erãt aurib⁹ pha
riſęorũ, quorũ tãgebat cicatrices: refricabat vlcera: quę aũt dolẽt, moleſte tãgũtur,
provuerbiũ pi iſti in purpura q̃a mordere nõ poterãt, obturbare dñm vel metu terrauerũt dic
Matt.23. tes tãti cõſiliatores, tãti nebulones. Bñ facies: ſi ſalutituę cõſulas: relinquẽs Gali
leã: nã Herodes huius pruintię tetrarcha (vt impleat mẽſurã prĩs ſui) oino tibi molit inſidias, vt occaſio
nẽ nactus, tollat te de ſup terrã. Id verũ ſit verũ necne: nõ liq̃t, pugnat em̃ cũ eo qđ refert Lucas, Ca.23
Erat Herodes ex mlto tẽpore cupid⁹ videdi Ieſum. Dñs aũt oſtẽdẽs ſe nihil timere nec a quoq; hoie nec
a dęmonio meridiano, niſi ipſe pmittat ſe tõderi in ſinu Dalilę: Iudi.16. Nec cõpelli poſſe alio mortẽ gi-
nere aĩam ponere, q̃ a ſua puidẽtia diſpoſitũ eſt, quę falli nõ põt, dixit ad illos. Vos q̃ verſipelles vul
pecule eſtis, & cũ mordere nõ poſſitis obgãnitis euãgelio meo: ite ſi vr̃a refert, & dicite vulpi illi, q ob-
ps.73. turbare ſe putat cõſiliũ dei: ecce qđ ſemel cępi, opari vcʒ ſalutẽ in medio t̃rę: nõ intermittã, donec cõſũ
proverbiũ mẽ curſum miniſterij qđ ſuſcepi: & exornẽ hãc iudęę pruintiã quã nact⁹ ſum, aſſũpta forma ſerui. Hoc
aũt explicat p ptes, cũ dicit: dęmonia ppulſo, & ſanitate dono ęgrotãtes: idq; hodie & cras. i. breui tẽ-
pore: & t̃tia die cõſũmor: hoc eſt iponã ſummã manũ opi meo, cõſũmor: gręce eſt Τελειοῦμαι, conſu-
me, qđ qm̃ cõmune eſt verbũ ſati⁹ erat vtere actiue: cõſũmo, vt intelligam⁹, dñm t̃tia die abſolutu
& cõſummaturũ opus ſuũ, quãq̃ ea cõſũmat. mors ſua erat & reſurrectio, vñ illud, cõſũmatũ eſt. Fa-
Faber. ber. Xp̃s nõ timebat Herodẽ (q̃ aũt timeret leo de tribu Iuda vulpẽ vnã?) Quẽ vulpẽ vocat, ſed Hero-
Apoc.5. des xp̃m. Verũtñ quia trãſibat de Galilęa in Samariã: hieroſolymã pficiſcẽdo: tertia die abſoluebat q
factur⁹ erat in Galilęa, vñ ſubiũxit, verũtñ oportet me hodie & cras &c. Ideſt hoc triduo: ãbulare p
Galilęã. Qđ ſi vellet Herodes occidere me, id oracla pphetarũ nõ pmittũt: q̃a nõ eſt poſſibile (id eſt ſi
gnificat: ulʒ endechetę: ulʒ endechete) pphetã pire extra Hierl̃m: qđ de ſeipſo dicit, ipſe eſt em̃ de q̃ dictum
Deut.18. Nõ igit̃ opʒ me timore Herodis ſecedere a Galilęa vel iudęa, ſed petẽda eſt mihi magis hiero-
ſolyma, vbi mori decretũ ẽ. Ipa eſt eñ q̃ occidit pphetas ad ſe miſſos. Mat.23. Ipa occidet dñm pphetarũ.
Dicite vulpi

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

Dicite vulpi illi. Oſtendit autem ꝙ qui verbo eijcit dæmones ſanitate donat ęgrotos, nullomō timet po
teſtatem Herodis, qui nihil aliud eſt ꝙ̃ vulpecula vna. Veruntamen oportet. &c. Quāuis non propter
Herodem a quo nil timeo, oportet tamen me hinc abire in itinere trium dierum hoc eſt: vſq; hieruſalem
hoc enim ſignificat dicendo: hodie & cras & ſequenti die ambulare. Caietan⁹. Quia non capit &c. Eſt
autem velut imperſonale: quaſi dicas: ipſa natura rerum non fert prophetam perire extra hieruſalē. Qui
bus verbis non negatur liberum arbitrium: ſed tale eſt ac ſi dicat. Difficile eſt hanc viam in qua prædo-
nes inſidiantur viatoribus immunem eſſe a ſanguine. Vulpes hęc videlicet Herodes de numero erat ea- Figura.
rum quas Samſon binas ſibi innexuit ad quarū caudas alligauit faces ignitas, & dimiſit per meſſes Al-
lophilorum, per hanc figuram ſignificans: ꝙ fraudulenti homines & maxime hæretici linguam liberam
habeant ad latrandum & religioſa principia; finem vero fraudis ſuę incendio deputatum. Habet enim Iudi. 7.
A ſatanas ſuos tercentum: quibus cum fructus alienos comburere nititur: ſicut Gedeon tercentum cum qui Theophy
b⁹ expugnat hoſtes eccleſię, ſed vulpes iſtę non raro incidunt in flammas quas alijs excitant. Theophy.
ita dicit. Tertio die conſummor. Quaſi dicat ad eos qui ſibi inuidebant. Quid meā meditamini mortem
Ecce Paulo poſt ipſa inſtabit. Perficiam igitur ſanitates hodie & cras id eſt hoc anno & ſequenti, & ter
tio anno vita fungar. Vocari autem homines vulpes & lupos &c. Alias diximus, imo vnus homo qua Homo.
tuor pręſe ferebat facies. Ezechie. 1. Illud preterea mirabile, in facie vultuq; humano cum ſint decem aut
Paulo plura membra, nullas duas in tot milibus hominum indiſcretas effigies exiſtere, quod ars nulla in
paucis numero pręſtet affectando. Et cum tanta ſit facierum diuerſitas: multo maior eſt animorum. Di-
cebat Liſander, qui genus ſuum ab Hercule ducebat. Qui Herculis progenē ſine fallacijs belligerare di- Liſander.
gnum iudicaret, eum irrideri iubeo. Quo enim Leonis pellis non attingere, inſuendam eſſe vulpinam
hoc eſt, quod vi non potueris: callida ſeductione perpetrato, & nunc hirci nunc centauri, nūc ſatyri aut
B fauni formam aſſume, iuxta illud, ps̄. 81. Facies peccatorum ſumitis. Hieronymus. Hoc eſt non cauſam Hierony.
ſed perſonam attenditis, malum deploratum apud multos iudices, qui nec deum timent: nec homines ve Luc. 18.
rentur. Licet vulpes hęc aſſumpta iuſti iudicis perſona ne iuramentum execrandum quod temulentus iu
rarat irritum faceret, homicidium perpetrauerit. Vidiſti vulpinum dolum? Hieronym⁹. Quis neſciat ho Hierony.
mines pro virtutibus ſuis & vitijs ſumere formas & nomina? Sunt iuſti columbę ſunt & nubes. Eſai. 60
Sunt & ligna paradiſi & cętera. Sed hę formę actuum ſunt non corporum, nam corporis noſtri cert⁹ eſt
ſtatus, ſicut omnium animantium. Sed quoniam apud deum non de ſtatu corporis noſtri: ſed de vitę no
ſtrę meritis iudicamur, patet omnem hominem mente ſua ſibi ipſi nomen ſtatumq; formare. Nolite inq̄t
fieri ſicut equus & mulus. Auguſtinus. Illis loquitur, qui per cupiditates malas deterunt in ſe imaginem Auguſti⁹
dei, & ipſam quodāmodo flāmam intelligentię peruerſitate morum extingunt. Homini autē ſuper be- ps̄. 31.
ſtias poteſtas eſt data, non ſuper homines. Sed amiſſo lumine rationis: hominibus vult dominari: quod
a deo non accepit. Fitq; dei ordinatione, vt ipſe beſtiæ tormētum illi ſint, quas in dominio accepit. Vn-
C de ſuperbia ægyptiorum de ranis de ꝟ muſcis domita eſt. Et cum leones agnoſcerent Danielem, Cap. 6.
Culices deterrebant Pharaonem. Et factum eſt cum introiſſet Ieſus in domū cuiuſdā prin Luc. 14.
cipis phariſęorum ſabbato manducare panem, & ipſi obſeruabant eum. Et ecce ho
mo quidam hydropicus erat ante illum. Et reſpondens Ieſus, dixit ad legis peritos
& phariſęos. Si licet ſabbato curare? At illi tacuerunt. Ipſe vero apprehēſum ſana
uit eum ac dimiſit. Et reſpondens ad illos dixit. Cuius veſtrum aſinus aut bos in pu
teum cadet: & non continuo extrahet illum die ſabbati? Et non poterant ad hęc reſ-
pondere illi. Alloquebatur aliquando Hieremias maieſtatem optimi & maximi Dei, qui vultu ſuo Hiere. 14
treme facit olympum. & coelum tempeſtates ꝙ ſerenat, dicens. Quare domine futurus es ſicut colonus
ſup trrā, & ſicut vir vag⁹: nō habēs qđ vulpes, quod volucres? Nā vita nequā eſt hoſpitari vicatim. Matt. 8.
Eccl. 19. Propheta vnū ſupponit, & inqrit alterū. Pręſupōit qđ vētur⁹ erat, idq; verū erat. Sed q̄d ad tē
D poralit regnādū credebāt a mltis vētur⁹, ſicut habes Actu. 1. Inqrit, q̄re velut vir vag⁹ vt colon⁹ vt pa
ſtor, q̄re forma ſerui aſſūpta. Delitię meę inq̄t ſunt vſari int filios hoium: q̄ ope mea egēt. Colon⁹ igitur Prouer. 8
cū eēt, vł etiā medic⁹, illo declinabat ad manēdū, ad veſcēdū ad opitulādū quo accerſebat. Vñ declina- Luc. 10.
uit ſępe in domū Marthę, in domū Simōis lepſi, ad domū Zacchęi, & in domū amici neſcio cui⁹, de q̄ Luc. 19.
dicit: apđ te facio paſcha cū diſcipl'is meis. Et hodierna die ingreditur in domū principis phariſęorū vt
mādūcaret panē. Noīe aūt panis ois cib⁹ intelligit iuxta illđ: pone panē & aquā corā eis vt comedant
& bibāt. Seqtur. Et appoſita ē eis ciborū magna pparatio. 4. Re. 6. Epulātib⁹ igit in ſimul mltis ex phariſęis
& legis doctorib⁹ q in hoc cōuenerāt: vt eū caperēt vł in ope vł in ſermōe: hi ppoſteri Catões Gabao-
nitis i hoſpitalitores (hoc em eſt qđ dicit, ipi obſeruabāt eū corycei iſti maligni) ne gratis dñs panē mā-
ducaret: qōnē pponit, quā & ipi aio vſabant (nullū em crimē xpo pluries impegerūt, ꝙ ꝙ mederet in
ſabbatis) ea eſt, vtrū nam liceat ſabbato curare. Pręſtitit aūt anſam huic pponēdę & enodādę difficulta
E ti hydropic⁹ qdā, q vł caſu igreſſus cōuiuiū: vł data opa igroduct⁹ ē a phariſęis: vt ipe dñs fecit eū ad eē
vt occaſionē p opportunā haberet coarguēdi phariſęorū pꝑoſterā de ſabbati obſeruātia religionē. Sed ſi Titus.
iuxta ſentētiam Titi imꝑatoris dicētis inť cęnādū: o amici hunc diē luſi, q̄a die illo de nullo bñmerit⁹ fuerat
oē tēp⁹ pditū exiſtimādū ē, i q̄ nō bñ aliqd feceris, idq; vł maxie i dieb⁹ q̄b⁹ feriamur ab ope mãuario
qđ ē qđ rogat magr bon⁹ q̄ viā dei i vitate docet, vtrū vcȝ liceat ſabbatis bñfacere? Sed vide q̄d apoſto Matt. 22.
p dicat. Heb. 5. Cū deberetis eē magri ſcđm tēp⁹: nec dū pānos exuiſtis īfancię: ſed tales eſtis qb⁹ lacte
op⁹ ſit, nō ſolido cibo. Velamē trilica oppāſum ē ocłis cordis vrī, q̄ñ legit Moſes. Cęcis igit ſtupidis 2. Cor. 3.
& paruulis queſtionē hāc ppoſitā puta, nō illis q̄ exercitatos hńt aīę ſenſus ad diſcretionē boni & mali. Heb. 5.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Ad quęſtionem autem propoſitam illi oēs reſpondent negatiue in corde tamen, licet ore tacuerint. Scriptum eſt autem ſex diebus fecit deus cœlum & terram & in die ſeptimo requieuit. Igitur & nobis vacandum eſt in ſeptimo die ab omni opere ſeruili, vt vacemus vni ſoli & neceſſarię rei. Sed vide quoniam per amorem proximi nutritur amor dei iuxta Gregorium. Et iudex cum affuerit, nihil rogabit de amore ſibi impenſo: ſed illud potius quod vni ex fratribus feciſtis: mihi feciſtis. Mat. 25. Et rurſus: qui vos tangit, pupillam meam lędit. Zach. 2. Id autem vel maxime pręſtare debemus dieb9 feſtis, legē ita ſanciēte, Nū. 28. Iubet enim per ſingulos dies dues offerri agnos in holocauſtum, vnum mane. alterum veſperi. Cęterū in ſabbato quatuor iubentur immolari, duo mane & duo veſperi. Hoc eſt dictu iubet duplicari opera bona in ſabbatis, quę ſimpla ſiebant per hebdomadam. Docet pręterea idem ſub alio myſterio, quādo ſtatuit vt quolibet ſeptimo anno fructus terrę ſint cōmunes omnibus tam indigenę ꝙ aduenę, ꝙ iumentis. Exo. 23. Quo loco dicit Auguſtinus, ꝙ terra quidem ſeminanda erat anno ſeptimo: ſed non erat metenda: ſed relinquenda pauperibus, licet videatur obuiarē textus. Sed quoniam hydropici iſti tam magiſtri ꝙ diſcipuli hoc pręceptum non ſeruauerunt annis/450/ex annis/867/qui fluxerūt ab exitu eorū de ęgypto vſqꝫ quo ducti ſunt in Babilonem captiui, dixit ad illos dominus Leui. 26. Et 2 Para. 36. Deducemini in Babilonem, ibiqꝫ eritis annis ſeptuaginta, & interim celebrabit terra ſabbata ſua annis ſeptuaginta in quibus pauperes defraudaſtis, de metentes fructus terrę. quos ego volui eſſe cōmunes tam indigenę ꝙ aduenę. Nam de anno iubilęi notiſſima eſt hiſtoria. Leui. 25. Et licet tot euidentiſſimis teſtimonijs conuicta videatur ſtulta & peruicax inſania iſtorum: qui nodum quęrebant in iunco: captantes num curaret in ſabbato dominus ſabbati/dominus cœli & terrę, tamen ſubijciamus id quod ſequitur. Et cuius veſtrum bos & cętera quę expoſita ſunt Luce. 13. Vide igitur ꝙ merito dixit Hieremias Treni. 1. Viderunt eam hoſtes, & deriderunt ſabbata eius. Ita deridebat iudęos Seneca: ꝙ more concharum torpentes in ſabbatis, ſeptimam vitę partem ludebant, vę autem illi qui totam ludit. Non mouentur loco more ſtatuarum, non accendunt lumen, ſed rigent per hiemē, non pręparant vitę neceſſaria ſed ſemper veſcuntur frigidis in ſabbato. Iudęus quidam cum forte fortuna cecidiſſet in cloacam die ſabbati, non permiſit neceſſarijs ſuis vt extraheretur. Cęterum cum die ſequenti vellent illum extrahere: prohibuit iudex, quia erat dies dominica. Itaqꝫ tertia die producitur porcus e cęno: ſed iam diem ſuum obierat inteſtatus. Cum ergo legis peritꝫ ad propoſitam quęſtionem peritarēt magis muti ꝙ piſces: non ꝙ credere licere quouis modo mederi in ſabbato: ſed quia hunc errorem ſuum tueri non poterant aliqua probabili ratione, dominus Ieſus apprehenſum hydropicum ſolo contactu ſanauit pro ſolita bonitate ſua, nullo pro eo interueniente. Quę ſit autem huius hominis mala valetudo ſi requiras: hydropicus quo amplius bibit: amplius ſitit: ſicut patet in epulone Luc. 16. Et iuxta poetam in Tantalo. Iten in puellis vnde quinquaginta quę Danaides vocantur, & dolium pertuſum conantur implere, haurientes aquam cribris. De quo ſub alijs verbis Malachias dicit Cap. 1. Seminaſtis multum &c̄. Gregorius 14. Mor. Cap. 5. Impio ſitire eſt huius mundi bona concupiſcere. Vnde dominus intra pharisęi huius domum hydropicum curat, & cum contra auariciam diſputaret: ſcriptum eſt, audiebant hec omnia pharisęi, qui erant auari: & deridebant eum. Luc. 16. Quid eſt ergo ꝙ intra pharisęi domum hydropicus curatur, niſi ꝙ per alterius ęgritudinem corporis in altero exprimitur ęgritudo mentis? Itaqꝫ ſicut hydropico ſitis creſcit ex potu, ſicut & auarus infernus morem dilatat animam ſuam dicens, Affer, & cum abſorbuerit fluuium: habet fiduciam ꝙ influat Iordanis in os eius. Quomodo ergo curabitur tam peſtilens hydra? Si vis hunc ignem funditus extinguere, ſubtrahe ligna inquit epicurus. Magnus eſt ille qui in diuitijs pauper eſt, ſed ſecurior qui diuitijs caret. Si vis inqt aliquē diuitē facere: nō pecunię adijciēdū, ſed cupiditatibus detrahēdū eſt. Sordolybies aliud vas aut inſtrumētū nō poſſidēt pręter calicē & gladiū. Spartā numiſmate vtūtur ſcorteo. Aurū argentumve apud quen ꝑ deprehēdi: capitale eſt. Ægoti9 quidā cū iā natus annos/70/theſaurū regiſſet ſubito curare ipſum cōtępſit & periit vt qui nō amplius vſui ſibi futurus eſſet. Biō aūt dicebat: quēadmodū vilia marſupia & ſi nullius pretij ſint: tāti tamē ęſtimātur: quātū in ſe numiſmatū cōtinēt: ita diuites & ſi homines treſſes bonorū quę poſſidēt ęſtimatione ac pcio fruūtur. Diuitib9 tamē id vel maxime diuitię adferūt: vt mala ſua magna licet, facile celēt. Habēt em̄ domi Amaltęę cornu. Sed quia ſurdis narramus ſine capite fabulā, nos habētes alimēta & qbus tegamur. his cōtēti, his in quā cōtēti, trāſeamus ad ſequentia

Dicebat autē & ad inuitatos parabolam, intēdens quō primos accubitus eligerent dicens ad illos. Cū inuitatus fueris ad nuptias, nō diſcūbas in primo loco, ne forte honoratior te ſit inuitatus ab illo. Et veniens is qui te & illum vocauit: dicat tibi. Da huic locū & tunc incipies cū rubore nouiſſimū locū tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, & recūbe in nouiſſimo loco: vt cū venerit qui te inuitauit: dicat tibi: amice aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſcumbētibus: quia omnis qui ſe exaltat: humiliabitur: & qui ſe humiliat exaltabitur. Animo ęgrotanti non pharmacis ſubuenitur: ſed verus medicus eſt oratio: ſicut dicitur: loquutus es ad cor ancillę tuę. Ruth. Cap. 2. Dominus ergo Ieſus qui cōtactu manus ſuę hydropiſim fugarat a corpore nunc ſermone clementię pleno aggreditur mederi peſtibus mentis pharisęorum, qui in omnibus operibus ſuis nihil aliud quęrebāt ꝙ populum & gloriam populi, de quo dictum eſt Matt. 6. Et dicetur Matt. Ca. 23. In conuiuijs igitur pręripiebant honoratiores accubitus: potius cubitu deturbaturi proximum, ꝙ cuiqꝫ ceſſuri locum ſuum. Denique moleſtiſſime ferunt: ſiquis non aſſurgat prętereuntibus; aut ſicut dicit ſcriptura, ſiquis genua non flectat ei quem rex exaltauit ſuper omnes principes in regno ſuo. Et hic eſt de numero eorum, qui vocati ad nuptias, inuitante eum Eſter, primum locum voluit tenere dicens, nullum pręter me inuitauit Regina [illegible] apud quam

Marginal notes: Geneſ. 2. — Gregorius — Figura. — Auguſti9 — Seneca. — Iudæus. — Danaides — Gregorius — Prouer. 30. — Seneca. — Eccl. 11. Vide ibi, multi tyrāni. — Figura.

EL COLEGIO de JALISCO

apud quam hodie & cras pranſurus ſum. Iſti igitur qui alias aſpirabat ad regnum id eſt ad primum lo
cum, breui cœpit cum rubore nouiſſimum tenere, appenſus in ligno cubitorum quinquaginta altitudi
nis. Denique quotus quiſque eorum qui gloriæ ſæculi deſeruit, & adorat ſtatuam auream, non grauem iniu- Dani.3.
riam ſibi illatam putat, ſi leuum claudat latus eius qui ſe videtur inferior? Vnde facta eſt contentio inter
duodecim qui ſæculi honoribus videbantur valedixiſſe? Nempe ex eo quod Ioannes & Iacob⁹ prima (neſ- Matt.20.
cio quo iure) preſumere volebant in triclinio eccleſiæ. Tu autem memento Abſalonis, qui quod patrẽ reg
no expulit, & primũ locũ tenere voluit in regno: a tribunali tranſijt ad quercũ. 2. Reg. 18. Quia ois qui ſe
exaltat: humiliabitur. Et qui ſe humiliat dicens, ego ſum minimus apoſtolorũ, exaltabitur. Tu igitur cũ
inuitatus fueris, recũbe in nouiſſimo loco. Audi Paulũ, Honore inuicẽ preuenientes, quia nemo aſſumit 1. Cor. 15.
ſibi honorẽ ſed qui vocatur a deo tanquam & Aarõ. Heb. 5. Nõ enim honorabitur, qui primũ preſumit locũ Rom. 12.
A dicẽs, ego regnabo. 3. Reg. 1. Sed ſic honorabitur: qui recũbẽs in nouiſſimo loco (ſedebat eñ ad fores Re
gis) iubetur imponi equo de ſella regia, & qui primũ ambiebat locũ (flectebãt eñ ei genua oẽs ſerui re-
gis) teneat nouiſſimũ, & fungatur apedibus & præconis officio dicẽs: ſic honorabitur, quẽ rex voluerit Eſter. 6.
honorare: & incipiet ſuperb⁹ Amã nouiſſimũ locũ tenere cũ rubore, quia expleto miniſterio (tranſierat
enim non a remo ad tribunal, ſed a tribunali ad remũ) Amã feſtinus abijt in domũ ſuã lugens & operto prouerbiũ
capite, quia ois qui ſe exaltat humiliabitur & cætera. Cũ aũt dñs dicit: ne forte honoratior te inuitatus
ſit, id quod dñs ſub dubio reliquit, tu ſi ſapiẽs es pro indubitato habe & ſemper recũbe in nouiſſimo loco Prouerbiũ
ne forte ſi ſedere volueris in lateribus aquilonis, ſtãtibus cæteris, tanquam fulgur præcipiteris cũ Dathã in tar
tara. Nũ. 16. Sede igitur in nouiſſimo loco, quod ad animi præparationem referẽdũ eſt, alias nõ refert no Eſai. 14.
uiſſimũ locũ tenere corpore, cũ ſuperbia ſimilis eſſe velis altiſſimo. Vt cũ venerit is qui te inuitauit, dicat Baptiſta.
tibi, amice qui idoneũ te nõ putabas qui ſolueres corrigiã calceamẽtorũ meorũ, aſcẽde ſuperius, vt ne-
mo maior te ſit inter natos mulierũ. Et tu Petre qui dixiſti, Exi a me domine, quia homo peccator ſum, Petrus.
B aſcẽde & paſce oues meas. Ioan. 21. Sicut aũt dicit Thomas: humilis nihil audit mirabili⁹ quam ſuã exalta Thomas.
tionẽ, ſicut Moyſes qui cũ mitteretur vt educeret populũ iſrael de ægypto: quis inquit ſum ego, qui popu-
lo tuo præficiar? Et iſte igitur audiuit, inueniſti gratiã corã me, Exo. 33. Et ego te cõſtituo deũ Pharao-
nis. Exo. 7. Val. Max. Lib. 2. De inſtitutis antiquis. Inuitati ad cœnã Romani, diligẽter quærebãt qui nã
ei cõuiuio eſſent inter futuri, ne ſenioris aduẽtũ diſcubitu præcurrerẽt, ſublataque menſa, priores cõſurgere
& abire patiebãtur. Id verũ Iudas ſeruauerit vel nõ, videto. Et erit tibi gloria corã ſanctis oibus vocari vi
delicet amicum meũ: quo cum loquor ore ad os, quia ois, qui ſe humiliat exaltabitur. Sequitur ex Luca. Nũ. 12.

Caput. xviij. quod cũ facimus epulũ, inuitem⁹ pauperes, & eos qui nõ po
ſſunt nobis ſimilia retribuere, De inuitatis ad cœnã qui oẽs prætenderũt ex
cuſationes friuolas, puta villã emi, quinque iuga boũ, vxorẽ duxi: & cæte.

C DIcebat aũt & ei qui ſe inuitauerat. Cũ facis prãdiũ aut cœnam, noli Luce. 14.
vocare amicos tuos, neque fratres: neque cognatos, neque vicinos diui-
tes, ne forte & ipſi te viciſſim inuitẽt: & fiat tibi retributio. Sed cũ
facis cõuiuiũ: voca pauperes debiles: claudosque cæcos & beat⁹ eris
quia nõ habẽt vnde retribuant tibi. Retribuetur enim tibi in reſu-
rrectione iuſtorũ. Hæc ſentẽtia eadẽ eſt cũ illa, facite vobis amicos de mãmo-
na iniqua. Cũ enim dicit, facite amicos, oſtẽdit quod nõ in neceſſarios bona noſtra Luc. 16.
collocare debemus vel in fratres aut vicinos, ſed amicos nouos cõciliare debemus,
qui nos viciſſim inuitare nõ poſſint, qui paria nõ poſſint facere ſiquidẽ iuxta Ambr.
Hoſpitalẽ eſſe remuneraturis: affect⁹ auaritiæ eſt. Nihilominus tñ ſi fr̃es nr̃i amici vel vicini paupes ſunt Ambroſi⁹
arcẽdi nõ ſunt a cõuiuio nr̃o: dicẽte Paulo, qui ſuorũ & maxime domeſticorũ curã nõ habet, infideli de
terior eſt, 1. Tim. 5. Vñ illud Tobiæ Cap. 2. Cũ in die feſto dñi factũ eſſet prãdiũ bonũ in domo Tobiæ: di
D xit filio ſuo. Adduc aliquos de tribu nr̃a ſed timẽtes deũ, vt epulẽtur nobiſcũ. Legim⁹ de Eliogabalo im Eliogaba.
peratore cui morẽ hũc fuiſſe tradit Aeli⁹ lampridi⁹, vt ſimul ad cœnã vocaret octo caluos, octo luſcos, octo
podagroſos: octo ſurdos, octo nigros, octo plõgos: & octo præpingues & obeſos. Hi reuera imperatorẽ vi-
ciſſim inuitare quõ poſſent? Nec tñ retribuet illi in reſurrectione iuſtorũ: ſed laborabit fame & ſiti cũ Tã
talo & epulone in æternũ. Lu. 16. Vñ illud ex triuio, man⁹ manũ fricat. Quo verbo illud ſignificat: neminẽ prouerbiũ
ferme mortaliũ iueniri, qui velit i quẽpiã bñficiũ collocare, a quo nõ ſperet aliqd emolumẽti viciſſim ad ſe redi
turũ, qui a gratia prit gratiam: & oĩm iuitat bñficio. Man⁹ eñ qui abluit barbã abluit viciſſim & ipſa. Regre de
filijs Iob epulãtib⁹ i ſimul &c. Laudat aũt Democrit⁹ inquit Latãti⁹, quod agros ſuos dereliquit, eoſque paſ-
cua publica fieri paſſ⁹ ſit. Probarẽ ſi paupib⁹ donaret cæcis & claudis. Hic eñ vñ poſſet gloriam liberali- Demetri⁹
tatis acquirere: ſine remuneratione ſine gratia perdidit. Quid de illo qui patrimoniũ in nũmos redactũ cõiecit in ma
re? Abite inquit hõ inſanus malæ cupiditates, ego vos demergã: ne ſubmergar a vobis. Si tãt⁹ pecuniæ cõ
E temptus, cur nõ ex ea viſcera paupum refeciſti? Imitare ſaltẽ inſaniã Tuditani qui totã ſubſtãtiã in pecuniã Tuditan⁹
redactã pplo diripiẽdã ſparſit. Tu aũt qui ſectator es euãgelij, include eleemoſynam in corde paupis, & Ecci. 29.
ipſa pro te orabit, ſicut ſcriptũ eſt, Cornelij orõnes tuæ & eleemoſynæ aſcenderunt in memoriam in cõſ-
pectu dei. Actu. Cap. 10. Quomodo aſcenderunt? Quibus pedibus, quibus alis? Quibus ſcalis? Faculta-
tes quas requiris inquit Leuita Laurẽtius in cœleſtes theſauros man⁹ paupum deportauerũt. Theſaurizate
igit vobis theſauros in cœlo, vbi latrones nõ effodiũt, nec tinea demolit. Matt. 6. Sciẽdũ vero quod cum dixit
dñs: retribuet tibi in reſurrectione iuſtorum, non dixit iuſtorũ: quia illi ſoli reſurrecturi ſunt, quia omnes



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

reſurgent qui mortui ſunt, & qui morituri ſunt, de quo vide Danie. 12. Vbi ponitur multi p o omnibus.
Multi inquit ex his qui dormiunt in terrę puluere euigilabunt, alij in vitam ęternam, alij in obprobriū
Dicitur igitur in reſurrectione iuſtorum, quia impijs reſurrectio non ad vitam erit beatam, ſed ad obpro
brium & ad vitam qua viuitur vbi nullus ordo. Iſtis enim melius erat nunq̄ natos fuiſſe. Matt. 26. Om-
Iob. 10. nes igiť reſurgēt: ſed q̄a nō omnes immutabūtur in melius, reſurrectio iuſtorū tātū dicitur. Qđ ãūt dicit
1. Cor. 15. Ideo non reſurgunt impij in iudicio, impiorum nomine infideles intellige, qui quia non crediderunt iam iu-
ps. 1. dicati ſunt, & ira dei manet ſuper eos. Ideo non ſtatuentur inter oues, non inter hędos, ſed inter dæmo-
Ioan. 3. num cateruas, quia iam iudicati ſunt. Hanc igitur orationem de inuitandis pauperibus cæcis & clau-
dis quę peculiariter tangebat hoſpitem ſuū, qui inuitarat multos, nec pauperes certe nec debiles ſed ami
cos diuites & affines (nimirum vt mutuo muli ſcalperent) cum dominus cōmemoratione reſurrectionis
prouerbiū iuſtorum concluſiſſet, quidam e conuiuantibus veluti per ſomnium afflatus & allectus deſiderio cæleſ-
tis illius epuli, dixit. O q̄ bonum eſſet nos illic eſſe, & figere illic tria tabernacula. Matt. 17. Beatus qui
manducat panem neſcio quem in regno dei. Quid autem intellexerit homo iſte hunc panem, ipſe rogā-
dus eſt, vt exponat ſeipſum. Quicquid tamē intellexerit, vere neſciuit quid diceret. Videtur autem q̄ epu
Matt. 17. las carnales ſomniauerit (iudęus enim erat:) de quibus ſcriptum eſt, ad vbera portabimini: & rurſus den
tietis & ſuper genua blandientur vobis. Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos, &
Iudęi. videbitis & gaudebit cor veſtrum, & multa quę ſequuntur hoc eodem Cap̄. 66. In Eſaia, quę omnia iu-
dęi ad litteram intelligunt, & implenda confidunt tempore antichriſti ſui. Poteſt ergo ſic intelligi, q̄ ho
mo iſte has epulas & promiſſiones ad ſolos quidem iudęos pertinere crediderit, qui legem totam preſta
Actu. 12 rent quam acceperunt Exo. 24. Sed quia paucis id continget totam implere legē, ſi Petro credimus apo-
ſtolo, beatus inquit, qui veſcitur pane in regno dei, nomine panis intelligens cornu copię promiſſum iu
dæis. Dominus autem propoſita parabola, corrigit errorem huius, oſtendens iudęos quidem primum vo
caros ad conuiuium regni cœleſtis, ſed quia ipſi rebus terrenis implicitę, deprecati ſunt conuiuium dicen
tes: habe me excuſatum, non poſſum venire, imo nolo venire, rogante etiam patre, vocantur ſecūdo lo
co gentes. Sequitur parabola. Homo quidam fecit cęnā magnā: et vocauit multos: & miſit
Luc. 14. ſeruum ſuum hora cęnę dicere inuitatis: venite: omni fariam, quia iā parata ſunt oia.
Homo iſte ille eſt qui in fine ſęculorum in terris viſus eſt, qui filio iuniori vitulum occidit tenerrimum/
& ſaginatum. Luc. 15. Qui operarios conduxit in vineam ſuam, cuius delicię ſunt (o profundum boni-
Matt. 20 tatis optimi & maximi dei) eſſe cum filijs hominum. Prouer. 8. Vnde illud. Ego ſto ad oſtium & pulſo:
non nunq̄ manum immitto per foramen: pulſo autem importune & ſi fas eſt dicere, improbe pulſo di-
Canti. 5. cens, aperi mihi ſoror mea. Vel illud: ſiquis aperuerit mihi, ingrediar & cęnabo cum eo. Apoc. 3. Sed cæ-
na hęc quia cum ſingulis eſt, parua videtur. Cæterum de cęna magnā ſcriptum eſt Prouer. 9. Sapientia
Matt. 16. ędificauit ſibi domum: ea eſt eccleſia cuius claues petro traditę ſunt. Excidit colūnam ſeptem, ſeptē enim
ſacramentis fulcitur eccleſia, vt ne vel portę inferi vel tenebrarum rectores pręualeant aduerſus eam im-
molauit victimas ſuas tauros & altilia, abundantiam bonorum ſpiritualium, miſcuit vinum: homo fa-
ctus, de quo dictum eſt, ſeruaſti bonum vinum hucuſq̄. Et illud ex Eſai. Cap̄. 55. Emitte abſq̄ vlla com-
Ioan. 2. mutatione vinum & lac. Vinum potus eſt hominum: lac cibus paruulorum. Nomine autem vini & la-
ctis promiſſiones ęternę ſignificantur, quę latebant in teſta & ſub cortice legis, quę terram promittebat
Exo. 3. fluentem lacte & melle: iuxta quod dicitur: nouis ſuperuenientibus, vetera proijcietis. Leui. 26. Et illud
Immolabit hędum multitudo filiorum iſrael ad veſperā paſchę Exo. 12. Quod igitur ibi dicitur: ad ve-
ſperam paſchę: hic dicitur: fecit cęnam magnam: eamq̄ non ieiune ſed dapſiliter inſtruxit: erat enim tripa
tina. Sequitur ex prouerbijs. Propoſuit menſam ſuam. Suam autem dicens, menſam excludit paſchę ve-
teris, in qua pecudes immolabātur. In hac autem ſua martyrum victimę immolatę ſunt, quorum caput
chriſtus dominus eſt. De his victimis vide in actis Cap̄. 8. Propoſita igitur menſa ſua: ipſe primum im-
molatur agnus: qui pati cęperat ab origene mundi, & deinceps immolauit tauros qui portauerunt pon
Matt. 20. dus diei & ęſtum: de quorum numero erat Moſes: cuius erat cornuta facies. Exo. 34. Item Stephanus qui
Actu. 7. ita impetebat iudęos cornibus: dicens. Dura ceruice & incircunciſo corde, vos ſemper ſpiritui ſcto reſi-
ſtitis. Item Petrus cuius verba ſunt: obedire oportet deo magis q̄ vobis, qui nihil aliud q̄ homines e...
Et rurſus: ſi iuſtum eſt in conſpectu dei, vos potius audire q̄ deum, iudicatę Cæterū altilia intelligere po
Actu. 4. ſſumus/144/milia illos qui ab Herode occiſi ſunt, & pueros alios multos cum puellis, qui pro no...
Matt. 2. ſti morti plexi ſunt Sequitur. Miſit ancillas ſuas & accenſus, vt vocarent ad arcem. Ancillę iſtę non pro
ſexu ſed pro humilitate ancillę vocantur, quarum e numero eſt Paulus vere chriſti accenſus. Actu. ...
Qui non ſum inquit dignus qui vocer apoſtolus ideſt miſſus. 1. Cor. 15. Ipſe eſt minimus ſanctorum ...
ancillarum, qui ſegregatur ex vtero matris ſuę in hoc miniſterium, vt euangelizaret gentibus inueſtiga-
biles diuitias chriſti, ineſtimabiles epulas chriſti, quas nec oculus vidit, nec guſtus cuiuſq̄ expertus e...
Eph. 3. cer eum qui eas preparauit diligentibus ſe. 1. Cor. 2. Nec refert an ſint claudi: cęci ve vel pauperes, quo-
niam omnes ex ęquo vocantur ad cænam: ſimul in vnum diues & pauper. Fecerat autem rex Aſuerus,
ps. 45. tertio anno regni ſui grande cōuiuiū cūctis principib⁹ regni ſui: vt oſtenderet diuitias glorię regni ſui, ac
Figura iactantiam potentię ſuę. Nec ſedet animo dicere: vnde tanta & tot rapuerat Polypus iſte cyclops: ro-
buſtus venator: vt tam prodige vane & inutiliter diſperderet, in hoc tantum vt oſtenderet iactantiam
potentię ſuę. Inuitauit autem non pauperes cæcos & claudos; quę enim illi cura de pauperibus, ...
clytos principes & pręfectus prouinciarum: qui exactores erant tributorum, & radebant vſq̄ ad cutem
verticem ſubditorum, vel vtres ipſos vellicantes, Hos ergo cerberos megalocælios inuitauit ad epulum
ſuum. Inuita...

EL COLEGIO de JALISCO

ſuā. Inuitauit tamen & omnes qui inuenti ſunt in ſuſis &c. In hoc itā ſplendido cōuiuio, vinū vt mag-
nificencia regia dignum erat abūdans & precipuū ponebatur. Vide Dani. Cap.5. De cōuiuio exhibito
a Balthaſar, in quo mille principes epulabantur. Legimus de Alexandro apud Plutar. Alexander cōuo- Alexāder.
catis amicis & principibus: ſolemne cōuiuiū inſtruxit, in quo vinarie potationis certamen, & coronam
victori propoſuit. Bibaciſſimus omniū pro machus quatuor ingurgitans cantaros: palmam meruit, &
vnius talenti coronam accepit, tribus tantū poſtea ſuperſtes diebus. Cæteros vnū & quadraginta: po-
tando ſpiritū eructaſſe cares tradidit. Deniq; in cōſequentib9 cū cōe inſtruxiſſet epulū, cui nouem milia
cōuiuȩ intererant, vnū quēq; ad peragenda libamina aurea donaſſe phiala fertur. De his cȩnis Phauo-
rin9 ita dicit, referente A. Gellio. Prȩfecti popinȩ atq; luxuriȩ negant cænam lautam eſſe, niſi cū liben- A.gellius.
tiſſime edis, tū auferatur: & alia eſca melior atq; amplior ſuccenturietur. Is nūc flos cȩnȩ habeatur in-
ter iſtos, quibus ſumptus & faſtidiū pro facetijs procedit. Qui negant vllem auem prȩter ficedulam to-
A tam comeſſe oportere. Cȩterarū auiū atq; altiliū niſi tantū apponatur, vt a clunicul is inferiori parte ſa
turi fiant; cōuiuiū putant inopia ſordere, ſuperiorem partem auiū atq; altiliū qui edūt, palatū non habe
re. Inſtruxit & Heliogabalus tale cōuiuiū in quo inter cæteros apparatus ſexcētorū ſtruthionū capita heliogab.
multis exhibuit ad edenda cerebella. Diximus de multimodis cȩnis vel epulis. Cui aūt harū hanc mag-
nam aſſimilabimus cænam, ad quam non multi ſed omnes vocantur? Si vinū placet: ſeruaſti bonū vinū Apoc.7.
hucuſq;. Si multitudo epulantiū, vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Apo.7. Si mi
niſtros menſȩ: milia miliū miniſtrabant ei. Dani.7. Si ordinem conſidentium: ſederūt coram eo primoge
nitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ȩtatem ſuam. Gen.43. Sed illud mirabile q maior pars
data eſt Beniamin minimo q fratribus ſuis natu maioribus, ita vt in quinq; partibus excederet fratres:
illis videntibus, & glorificantibus eum qui eos ad cȩnam ſuam vocarat, nec interim dicentibus, qua-
re illum parem nobis feciſti: qui portauimus pondus diei & ȩſtus? Mate.20. Si autem abundantiam fercu ps.102.
lorum ſuſcipis, ipſe dominus replet in bonis deſiderium tuum. Quibus bonis? In cor hominis non aſcen 1.Cor.2.
B derunt. Si tempus, quia 180 diebus preparatum eſt conuiuium & ſeptem diebus eſt exhibitum, beati q
habitant in domo tua domine, in ſeculum ſeculi laudabunt te. ps.83. Si locum miraris, quia in horto ma Ioan.14.
nu conſitum regio, ciuitas illa & paradiſus deliciarum in quo manſiones multȩ ſunt, ager ille eſt cui be-
nedixit dominus. Geneſ.27. Qui duplici irrigatur fonte, ſuperiore & inferiore de quo Ioſue. Cap.15. Quod 3.Reg.10
ſi cȩna Salomonis in ſtuporem vertit reginam Auſtri, vt diceret, nec dimidia pars nunciata eſt mihi, quid
paſſuros putamus eos: qui ad cȩnam hanc magnam introducti fuerint? Dicent illud tantum, ſi tamen di
cere potuerint, ſanctus ſanctus ſanctus, dominus deus ſabaoth, tibi ſilet omnis laus in ſyon. ps.64. Inſ-
truxit igitur homo iſte cȩnam, & vocauit multos, paratis omnibus. Et cȩperunt oēs ſimul excu-
ſare. Primus dixit ſeruo. Villam emi, & neceſſe habeo exire & videre illam: rogo te
habe me excuſatum. Et alter dixit. Iuga boum emi quinq; & eo probare illos: rogo
te: habe me excuſatum. Et alius dixit. Vxorē duxi: & ideo non poſſum venire. Ob-
C ſerua autem nullum iſtorum trium vacaſſe malo operi ex genere, ſed omnes & ſingulos prȩpoſuiſſe ſua
cōuiuio xpi. Quod dicit, cȩperunt omnes excuſare, grȩce eſt: παραιτεῖσθαι: parethe, ideſt recuſare, ſed ex 1.Ioan.2.
cuſat, qui adducta cauſa recuſat quod rogatur. De his autem tribus compendio loquitur Ioannes dicens
Omne quod eſt in mūdo, aut eſt concupiſcentia oculorum, ibi vado videre villam: aut concupiſcencia Apoc.13.
carnis, quia vxorem duxi, aut ſuperbia vitȩ, ibi boues cornupetas emi decem. Boues iſti quinq; ſunt ſen
ſus: quibus iuxta Salomonem nil negatur quod fieri poteſt, quin omni voluptate fruantur, tamen nō
ſatiatur oculus viſu &c. Vnde Ioannes vidit beſtiam aſcendentem (ſuperbia em̄ ſemper aſcendit) de ma
ri, habentem quidem capita ſeptem, (ſeptem pro multis poſitum eſt), & cornua decem, & ſuper cornua
quibus impugnatur eccleſia, nomina blaſphemiȩ. Omnes igitur cæperunt recuſare. Emi inquit villā (do
mus eſt in agro) hoc eſt, radices fixi in terra, imitatus parentem meum Cain, qui primus omnium ciuita
tem ȩdificauit in terra. Gene.4. De his vide Hiere Cap.12. In principio. Vxorem duxi. Habeo inquit do
D mi delitias meas: compedes aureas licet, & ideo non dico, habe me excuſatum, ſed non poſſum venire.
Quod ſi vna vxor maritum arcet ab hac cȩna: quid dicemus de eo qui & multis congreditur, cum mul-
li ex iure liceat? Tu autem obſerua Salomonem cuius ſal infatuatus eſt & deſipuit propter mulieres, ſed
erant numero fere mille. 3.Regū.11. Quod niſi ſpiritus ſanctus diceret, incredibile videri poterat: vt vnus
vir tot ſufficeret fæminis. Dicitur autem de iudȩis, q quia vxores duxerant, non poterant venire, frequē
tabant enim ſubinde nuptias, dato libello apoſtaſiȩ vxoribus prioribus, quia carnes erant. Sicut autem Auguſti9.
dicit Auguſtinus inter temporale & ȩternum hoc intereſt; q temporale plus amatur anteq; acquiratur
habitum autem generat faſtidium, ſicut dictum eſt alias de Annō deperiente ſororē ſuā Thamar. 2.Re.13
ȩternum vero ardentius diligitur adeptum, faciat enim ſine faſtidio animȩ deſiderium. Iſtorum aūt pala
to amarulento qui dulce dicebant amarum, dulcius ſapiebant cæpe & allia (bellaria ſane q opipara,)
q māna illud cȩleſte. Nū.11. Cum igitur domi habeant vxores (malum neceſſarium) aut potius habean- Eſai.5.
tur ab eis, ruri autem boues, agros & oliueta, promptuaria eorum plena, oues eorum fȩtoſȩ, boues cra- prouerbiū
E ſſȩ, ſitq; dominus prope ori eorum, longe a renibus eorum, quam tu illis cȩnam cōmemoras? Habe me ex ps.143.
cuſatum. Quod ſi omnibus paratis, dicunt, habe me excuſatum, ſi poſt cȩnam ſymbolum daturi eſſent,
quando conuiuium adirent etiam compulſi? Et videtur pars parabolȩ huius deſumpta ex Deut. Ca.20
Vbi ita ſcriptum eſt. Quando exiendum eſt ad bellum, duces exercitus per ſingulas turmas audiente po- Figura.
pulo, pro clamabunt. Quis eſt homo qui ȩdificat domum nouam: qui plantauit vineam, qui vxorē deſ-
pondit, & nec dum matrimonium ſanxit quis eſt homo formidoloſus & pauidus: hi oēs iubentur, bello



ſecedere:

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Matt. 6, ſecedere: nec ſubcribere ſacramento militię cœleſtis, quia nullus poteſt duobus dominis ſeruire, cęnę hu-
ic intereſſe, militiam ſpiritualem arripere, qui adhuc nudari terrenis operibus pertimeſcit. De hoc ita ha-
bes in hiſtoria Eſter, de qua multa pmiſimus. Cum rex Aſuerus vltimo die conuiuij eſſet hilarior, & poſt
nimiam potationem incaluiſſet mero, pręcepit ſeptem eunuchis qui ſe caſtrauerant propter regnum cœ
lorum (quorum nomine intelligitur ordo prędicantium) vt introducerent reginam ad conuiuium coram
rege, poſito diademate ſuper caput eius, quoniam erat mirabilis pulchritudine, vt oſtēderet populis pul-
chritudinem eius. Quę venire contempſit. Quare renuit? Quia & ipſa fecerat conuiuium fœminarum,
Regina hæc iudaica plebs eſt, pulchra per ſcienciam legis, vnde vocatur apud Hiere. Cap̄. 12. Auis diſco-
lor & tincta per totum. De cuius pulchritudine vide Ezechielis Cap̄. 16. Late. Diadema eius illud erat, q
de ea naſciturus erat Rex Regum, quem ipſa coronauit. Canti. 3. Hęc igitur vocata voce prędicatorum
contempſit dicens, habe me excuſatam, non poſſum venire: quia & ego conuiuiū inſtruxi fœminis. Gre
Gregori⁹ gorius. Id circo ſpirituales delitię amari non poſſunt, quia earum ſapor ignoratur. Quis enim amare va-
leat quod ignorat. Has homo perdidit, cum in paradiſo peccauit, vt morem vxori gereret. Vnde nos quo
q nati in huius peregrinationis erūna, neſcimus quid deſiderare debeamus. Et quid eligam ignoro, inqt
Phil. 1. tantus doctor gentiū. Tantoq ſe amplius faſtidij noſtri morb⁹ elongat & augeſcit, quanto magis ani-
mus ab illius dulcedinis guſtu diſtat. Et quia guſtare intus nolumus paratam dulcedinem, amamus foris
miſeri noſtram famem. Ecce enim cupimus implere ventrem de ſiliquis, moretum porcorum & nemo im
Luce. 15. plet noſtra deſideria, & inuitati ad cœnam pro craſtinamus dicentes, non poſſum. Corui enim ſumus: &
Nugantur ſemel domo egreſſi: nunq reuertimur, & eſto reuertamur, arcam non ingredimur, ſed volitamus circum
Geneſ. 8. circa, cadauera ſub olentes, quę famem noſtram nunq expellunt. Adeamus igitur conuiuium quando
ianua patet, ne forte & nos audiamus illud, iſtis iuraui in ira mea, nunq futurum vt ingrediantur in re-
ps. 44. quiem meam. Sed cœperunt omnes excuſare, quia neſcio quam Helenam domi introduxerant, quod cor
nu copię quę remorabatur eos ab adeundo conuiuio. Sed remoras has nullus non libenter complectitur
& tenens tenetur, in ſinu earum etiam fortis Samſon. Offert deus quod rogari debuerat, non rogatus da
Remora. re vult, quod vix ſperari poterat, q dignaretur largiri poſtulatus, & contemnitur. Sed recedentes a te, in
terra ſcribentur. Hiere. 17. Emi inquit iuga boum quinq. Cum iuxta Eccl. Cap̄. 40. Graue iugum poſi-
tum ſit ſuper filios Adam a die natiuitatis eorum vſq in diem mortis, quid tu inſipiens vni huic & gra
uiſſimo iugo quinq imponis boum iuga? Iugum hoc Paulus explicat dicens. Velle adiacet: perficere nō
Rom. 7. poſſum: quia non quod volo bonum: hoc facio, ſed malum quod odi. Hoc iugo premebatur mulier illa
quę iam annis duodeuiginti in terram deflexa, cœlum nunq viderat. Luce. 13. Venter auribus caret, ocul
nunq ſaciantur, manus ſemper replicant illud: affer, affer, caro nunq dicit, ſufficit, guſt⁹ ad ſpirituales ci
Prouer. 30. bos cito nauſeat: ad aniles fabulas pluſq Midę ſumus auriti toti, a veritate auditum auertentes, 2. Ti. 4
Et hi ſunt boues quos probare volumus: quibus nulla cura eſt q implere ventrem, qui ſi quando ſaturi
prouerbiū fuerint, recalcitrabunt: quia fœnum habent in cornu, legi em̄ dei nō ſunt ſubiecti, nec em̄ poſſunt. Rom. 8
Et reuerſus liburnus, nunciauit hęc domino ſuo. Nunciauerunt Regi Aſuero, q Vaſthi Re
gina renuerit, & ad imperium Regis quod per eunuchos mandauerat, venire contempſerit. Tunc ira-
tus pater familię dixit ſeruo ſuo. Exi cito in plateas & vicos ciuitatis: & pauperes
ac debiles & cęcos & claudos introduc. Et ait ſeruus. Domine factum eſt vt impe-
23. q. 4. C. raſti: & adhuc locus eſt: Et ait dominus ſeruo. Exi in vias & ſepes & compelle in-
ipſa pietas trare: vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, q nemo virorum illorum qui vo
Et Ca. Ni cati ſunt: guſtabit cęnam meam. Hoc eſt quod legitur in hiſtoria Aſueri. Vnde iratus Rex: cuius
mirum. irę reſiſtere nemo poteſt (Iob. 9.), qui cum tranquillitate iudicat: & cum magna reuerentia diſponit nos
(Sap̄. 12.) terribilis in conſilij ſuper filios hominum, & nimio furore ſuccenſus, interrogauit ſapientes
ps. 67. ex more regio ſemper ei aderant: & illorum faciebat cuncta conſilio (alias iam olim funditus interijſſet
iudaica gens, dicente rege vnum verbum, dimitte me & feriam eos peſte atq conſumam, ſed obſtitit co
Nū. 14. ſiliarius regi, dicens: vt audiant ægyptij &c̄. Non enim faciet dominus verbum: niſi reuelauerit prophe
Amos. 3. tis ſuis) cui ſententię regina Vaſthi ſubiaceret, quę Aſueri imperium quod per eunuchos mandauerat fa
cere noluiſſet dicens. Nos diſcipuli Moſi ſumus, hunc neſcimus: ioan. 9. Et rurſus. Nunquid aliquis ex
cipibus in eum credidit? Sed turba hec quę non nouit legē, maledicti ſunt: ioan. 7. Reſpondit vnus ex pri
cipibus. Non ſolum regem lęſit ſynagoga ſed & omnes populos & principes qui ſunt in regno Aſ
Nihil verius. Ementes enim multa ſumma mendatium & ſilentium reſurrectionis dominicę, oper
emmam dederunt, vt mēdacium illud diſſeminaretur apud omnes iudęos quoquo verſus, necluſerūt
vas ſuas: ſed obtinuit fidem cōmentum hoc inſaniſſimū, nobis dormientibus &c̄. Matth. 28. Itaq in
ſapiens iſte: egredietur ſermo reginę: ideſt ſynagogę hieroſolymitanę ad omnes mulieres ideſt ſyna
gas quę diſperſę erant per orbem, vt contēnant viros ſuos: ideſt ſeruos qui vocarant iudęos ad conui
Figura. Vnde regis iuſta eſt indignatio. Quare iuſta? Quia vocati ad tam opulentum conuiuium, ob res nō ad
modum ſerias vt ne dicam friuolas, excuſant & recuſant tantum bonum. Sequitur, Si tibi placet, ne occi
ps. 58. das eos: ſed depone de regno. Egrediatur edictum a facie tua, vt nequaq Vaſthi vltra ingrediatur ad re
gem: ſed regnum eius altera quę melior eſt illa accipiat. Vnde ſequitur. Exi cito in plateas & vicos ci
Matt. 20. tatis & cętera, & voca eos qui in foro ſtabant tota die ocioſi. Vnde Paulus ſeru⁹. Quia indignos vos
dicaſtis hui⁹ cęleſtis cęnę: ecce tranſgredimur ad gentes, pauperes: cœcos & claudos. Vnde illud: ipſi me
Prouocauerunt in eo qui non erat de⁹: exhibito epulo in honore vituli & nūc vocati ad cęnam nō p
Exo. 32. ſtum⁹ (ingentes) ventre. Ego aūt par pari rependens prouocabo eos in eo qui non eſt pop. ⁹ & in gente
ſtulta

EL COLEGIO de JALISCO

ſtulta irritabo eos. Vocantur igitur gẽtes quę ſine deo vero erant iuxta Paulum (id autem malorum ſumma) cæci pro inde, pauperes & miſeri & ſpem non habentes, nomen habentes viuorum, cum mortui
eſſent. Apoca. 3. Quoniam igitur Vaſthi detrectauit cænam, tradito ei libello repudij, altera quę melior
eſt illa, vocitur ad cænam, & computreſcente Lumbari iudaico, alterũ dominus precinctus eſt idest gẽ-
tes; ne maneret incinctus. Hiere. 13. Cap. Vide ergo ſeueritatem dei & bonitatem. Seueritatem in iudęa
gente reprobata; bonitatẽ autem in Eſther (aſſumpta in regnum) idest gentilitate, inſerta radici iudaicę
licet iuxta hiſtoriam Vaſthi gẽtilis fuerit, Eſther iſraelitico ſanguine prognata. Quid eſt autem quod ſe-
quitur; factum eſt quod iuſſiſti, & adhuc locus ſupereſt? Nempe illud, cum intrauerit plenitudo gentium Rom. 11
omnis iſrael ſaluus fiet. Itaqȝ iudęi qui primum ſimpliciter vocati, abnuerunt, poſt gentium vocationẽ
ſecundo vocabuntur, qui ſi parere recuſent. Compellentur ab eo qui loquitur per Oſee. Ecce ego ſepiam Cap. 2.
A vias ſpinis & maceria, & ſemitas tuas non inuenies, & ſequeris amatores tuos & non apprehendes eos
nec inuenies, & dices ſero licet & reuera admodum ſero, vadam & reuertar ad virum meum priorẽ, quia
melius mihi erat tunc quã nunc. Ergo & iudæis continget quod olim adoleſcentiori filio, qui fame preſſus Luc. 15.
ſapuit, licet ſero, & dixit, pater peccaui. Ita & iudęa reuocata de triuijs & ſepibus: reuertetur dicens, me
lius fuerat cum vocabar, nõ pretendere excuſationes vanas. Et ſi requiras quę ſint ſepes iſtę aut compi
ta ex quibus colligitur iudæa; audi. Diſpergam eos ventilabro in portis terrę. Hiere. 15. Quare in extre-
mis terrę? Quia laboraui rogans. Quid rogabas? Omnia parata ſunt, venite ad nuptias, venite ad cenã
Hierony. Super Zach. Cap. 7. Quę gens vel regnum eſt, vbi aliqui iudęorum non reperiuntur? Atqȝ vti
nam in vno angulo terrę concluſi eſſent ſemẽ nequã & filij ſceleſti, ne tanquã infructuoſum gramen omnia Hierony.
replerent. Modo igitur palantes vagantur per triuia & ſepes oues olim domus iſrael, ſine rege & ſine le- Oſee. 3.
ge, pendentes tributa non vni ſed multis, ponente domino ſuper eos oculos in malum & non in bonum
Amos. 9. Oſtendente eis terga & non faciem Hiere. 18. Et ridente interim in malis eorum, cum ex pauis
B verſi ſint in corniculas, Hiere. 12. Exqȝ capite in caudam, quia vocaui & renuiſtis. Prouer. 1. Ca. Et auer- Deut. 28
tiſtis ſcapulam recedentes, Zach. 7. Mittetur tamen olim ſeruus vnus ipſe eſt Helias, qui vocatos iudęos
e ſepibus vel a quatuor ventis cœli in quibus diſperſi ſunt iuxta Zach. Cap. 2. Adducat ad cenam: vt im
pleatur domus mea dicit dominus. Sciendum vero quod cum dicit, compelle eos, vis hec corpori inferri po-
teſt non animo, quia iuxta Auguſtinum, cætera poteſt homo facere nolens, credere autem non niſi ve- Mal. 4.
lit. Suaderi poteſt, & perſuaderi, compelli non poteſt. Sic Pharao compulſus eſt plagis multimodis vt di
mitteret populum, ſed non eſt perſuaſus, vt crederet deum hebręorum eſſe deum verum & ſolum deum, Auguſti.
ac neceſſario deum. Sic Paulus cęcitate perculſus, prodigus fame, Manaſſes rex coniectus in vinculis: cõ 2. Para. 33.
pulſi ſunt vt reuerteretur a vijs quas triuerant, & Saulus maxime. Vnde illud. Deut. 10. Et nũc iſrael quid Luc. 19.
dominus poſcit a te, niſi vt timeas dominum deum tuum? Origenes. Erubeſcant illi hęc verba, qui negãt Origenes.
in homine eſſe liberum arbitrium. Quomodo poſcere ab homine deus, niſi haberet homo in ſua poteſta
C te quod poſcenti deo deberet offerre? Sunt ergo quę dantur ab homine, & ſunt quę dantur a deo, verbi
gratia. In homine fuit vt vna mna faceret decem mnas ex deo autem fuit vt haberet homo mnam ex qua
facere poſſet decem. Cum autem obtulit ex ſe decem mnas, accepit rurſus a deo non iam pecuniã: ſed po
teſtatem & regnum decem ciuitatum. Ita dedit deus Abrahę filium ex promiſſione, Abraham autem ob- Geneſ. 18
tulit illum domino annorum fere triginta. Vnde rurſus ei dominus arietem dat, qui iuxta myſteriũ mul Geneſ. 22.
to precioſior fuit ipſo Iſaac. Vides ergo quod quę deo offerimus, nobis manent, ſed ad hoc expoſtulamur,
vt in ijs affectus noſter erga deum probetur & fides. Igitur Abraham non eſt compulſus offerre vnige- Geneſ. 22.
nitum, tentatus tamen eſt. Ad hęc Auguſtinus. Dicebant Donatiſtę heretici, quod nullus alium poteſt iuſ- Auguſti.
te perſequi, eo quod compellebantur redire ad eccleſię vnitatem. Sed quomodo perſequutio vocatur: cum
errans & phreneticus ad viam reducitur? Et ad ſalutem ligatur? Nõne ſcriptũ eſt, perſequar inimicos me
os & comprehẽdã, & nõ cõuertar, donec deficiãt? ps. 17. Vbi eſt ergo quod heretici clamare ſolent, liberũ
D eſt credere vel non credere? Nihil verius. Cui chriſtus vim intulit? Quem coegit? Audi. Exi cito in vias &
ſepes, & compelle intrare. Compelle cõminatione penarũ, eternorũ promiſſione. Quos? Eos qui ſemel
iã dederũt nomina ſua dño deo in ſacramẽto regenerationis, & manu ad aratrum miſſa, aſpexerũt retro
Luc. 9. Quapropter ſi per poteſtatẽ quã pro religionẽ ac fidẽ regũ tempore quo debuit diuino munere acce-
pit eccleſia, hi qui inueniuntur in vijs & ſepibus idest in hereſibus & ſchiſmatibus coguntur intrare, non
quod cogũtur reprehendant: ſed quo cogant attendant. Quo? Ad cenam. Compelle eos ingredi ouile domini
cũ. Vox hęc paſtoris eſt, corrigẽtis non perſequentis. Quia ſi meliores ſunt quos charitas corrigit, plures
tamen ſunt quos timor reducit & neceſſitas ſed tamen libera neceſſitas. Cum enim occideret eos: reuer-
tebantur ad eum. ps. 77. Et illud Canti. 2. Iuxta ſeptuaginta vulnerata charitate ego ſum. Habet enim ma
ter charitas vulnera ſua, quibus excitat torporem noſtrum dicens. Surge comede, quia grandis tibi reſtat ps. 146.
via. 3. Reg. 19. De hoc vide Amos. 9. Bene. Quod autem dicit, vt impleatur domus mea, ideo dicit: quia Exo. 33.
E certus eſt & diffinitus numerus electorum, apud illum qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus
eis noia vocat. Nec enim de vno tãtũ Moſi dictũ eſt: teipſum noui ex noie ſed de oibus qui pſciti ſunt &
pdeſtinati vt ſint cõformes imagini Ieſu chriſti, qui eſt imago bonitatis dei. Rom. 8. Quandiu naũt piſca-
tores nõ trahũt rete ad littus, multi qui intus erãt egrediũtur, multi qui erãt in ſepib⁹ cõcurrũt ad rete, vt
inueniantur in numero illorũ/153/piſcium qui ad dextram cymbę reperti ſunt. Ioan. 21. Dico autem vo- Nũ. 14
bis, quod nemo virorum illorum qui vocati ſunt: & e media via voluerũt reuerti ægyptum, ad ollas car
nium cepe & allia, guſtabit cenam meam. Non manducabunt panem in regno cœlorum: vt intelligatur
illi reſpondere, quod bono deſiderio percitus dixerat ei conuiua: beatus qui manducat panem in regno dei.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

& vſus hic ſatis incertus. Nam ſi noſtri non ſumus, quomodo ea quorum vſum habemus noſtra putabimus? Cęterum ſi ita licet non tua in pauperes erogesq; tua fient, & e contra. Hic enim œconomus vt ſi-
Eccl.19. bi prouideret in futurum, etiam aliena ſua fecit, ſicut dicetur. Quid inquit audio? Ergo qui cito credit, le-
Geneſ.27 uis eſt corde. Nam & Iſaac audiret licet, ego ſum filius tuus Eſau, non credidit auditui; ſed accede inquit
Scotus. & tangam te & probem qui ſis. Ponamus caſum. Quis furatur (Verbi gratia) tribus videntibus, iſti tres poſtea accuſantes, non diffamant hunc, ſed ipſe met ſe diffamauit in facto illo publico, quia committendo quodcunq; crimen publice, incurrit homo lęſionem dignitatis: & ſic amiſit famam quantum eſt in ſe, nec publicatio illa poſtea per quam publicatur illa lęſio aufert ei famam, ſed tantummodo facit deuenire magis in publicum illud quod ex natura actus cõmiſſi ſimpliciter erat publicum. Et ſi requiras, aliquis non imponit in publico tale crimen alij, ſed obloquitur vel indiſcrete loquitur, vel alicui coram multis narrat, tamen non tanq; ſibi certum, ſed ſic ſe audiſſe, nunquid tenetur ad reſtitutionẽ famę? Reſpondeo. Rara fides ideo eſt, quia multi multa loquuntur. Et ideo dicens ſe tantum audiſſe, niſi ex modo dicendi oſtendat aliquam maiorem certitudinem q; ex cõmuni relatione, non aufert ex natura actus in opinione aliorum famam ipſi, quia ſi illi firmiter concipiunt illum de quo eſt ſermo, criminoſum eſſe, leues ſunt, quia qui cito credit &c. Veruntamen quia a ſcandalo puſillorum oportet cauere, iuxta illud, 1. Cor.8. Si proximum ſcandalizem non manducabo carnes in ęternũ, & multi ſunt tales puſilli leues ad credendum mala, ideo periculoſum eſt talia audita ex relatu eis dicere. Et ſi fiat hoc animo malo lędendi videlicet illum de quo eſt ſermo, non eſt facile excuſare, quin ſit contra charitatem: & per conſequens peccatum mortale. Si autem fiat coram talibus ex conſideratione durum eſt q; exeat genus peccati venialis, quia lingua in lubrico poſita eſt, & qui non offendit in verbo, hic perfectus eſt vir. Iaco.3. Scotus in
Gregorius 4. Diſti.15.q.4. Ad hęc Gregorius. Maiora crimina non eſſe credenda priuſq; deſcendamus & videamus
Gene.18. dominus oſtendit ita loquens, deſcendam & videbo. Quemadmodum enim Phociõ poſt Alexãdri mortem
Phocion. non ſinens Athenienſes ante tempus cõmoueri, nec facile credere rumori; ſi hodie inquit Alexãder mortuus eſt, & cras & perendie mortus eſt, ſic nimirum oportet hominem irę impulſu ad vindictam properantem, ſibi ipſi ſuggerere, ſi hic hodie peccauit, & cras & perẽdie verum eſt eum peccaſſe. Nec quicquam erit periculi: ſi Paulo ſerius det pęnas, ſed ſi prę propere punitus fuerit, ſemper videbitur nõ peccaſſe, quod iam frequenter accidit. Quemadmodum enim per nebulam corpora, ita per iram maiora videntur quam ipſa q; ſint. Redde igitur rationem œconomię tuę, diſpenſare iam non poteris bona mea, quę perdis potius, q; in vſus honeſtos diſtribuis. Ea enim quę diſpenſas non tua ſunt, ſed data ſunt tibi quaſi fiduciaria poſſeſſio. Quæ ſint autem bona domini quę diſpenſanda accepimus, quia non omnes eadem acceperunt, nec in eadem menſura, quia alij quinq; talenta alij duo, alij vnum tantum, alij decem mnas, cõueniat vnuſquiſq; conſcienciam ſuam, & ordinet rationes ſuas, quia audiet velit nolit, iã non poteris diſpenſare. Cæterum partum virginis, mortem chriſti, crucem, obprobria, & vitulum ſaginatum omnes
Matt.25. accepimus, vitam, fidem ſpem charitatem, remiſſionem decem milium talentorum iten omnes accepimus
Matt.18. de quibus omnibus rationem reddere cogemur. Ait autem œconomus intra ſe, Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo: mẽdicare erubeſco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero a vellicatione, recipiant me in domos ſuas. Conuocatis itaq; ſingulis debitoribus domini ſui, dicebat primo. Quantum debes domino meo? At ille dixit. Cẽtum cados olei. Dixitq; ille. Accipe ſyngrapham tuam, & ſedens cito: ſcribe /50/ deinde alteri dixit. Tu vero quantum debes? Qui ait centum choros tritici. Ait illi. Accipe codicillos tuos, & ſcribe octoginta. Dicens ſibi œconomus hic, quid faciam, infidelitatem ſuam liquido oſtendit. Fidelis enim diſpenſator qui de ſua
H abac.2. diſpenſatione confidit dicens: Super cuſtodiam meam ſtabo vigil & argus & contemplabor vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me, hic talis deſiderat potius cũ Paulo vocari ad
pſ.145. rationem reddendam, dicens, bonum certamen certaui, curſum conſummaui, &c. 2. Tim.4. Educ de cuſtodia animam meam. Quid inquit faciam? Si me conſulis, id fac, quandiu diſpenſatio non aufertur, nõ verbum hoc, non poteris cõminatorium eſt, non ſententię latę: memẽto q; mors non tardat, recogita an-
Eccl.14. nos in amaritudine animę tuę, dimitte & dimitteris. Luce.6. Forte adijcientur vitę tuę anni, ſi ſic vt tu
Eſai.58. diſpenſes bona domini tui. Vnico enim verbo œconomus alter reuocauit ſententiam contra ſe latã, cum non eſſet ſoluendis decem milibus talentis. Matt.18. Fodere inquit non valeo: non ſum de numero conductorum ad culturam vineę, duxi in bonis dies meos, Iob.21. In labore hominum non fui. pſ.72. Nullum
Matt 20 eſt pratum quod non pollucrim luxu & ebrietate. Sap.2. Dixi animę meę, habes multa bona: comede, bibe & lętare cotidie ſplendide. Luc.12. Nunc igitur quomodo valeã fodere, inſolens omnis laboris, & omnis bonę diſciplinę? Fodere autem pro quauis opera mercenaria poſuit œconomus iſte. Furto igitur quod reliquum eſt, res eſt mihi paranda. Mendicare enim qui potero, apud quẽ multi ſępe epulati ſunt, & cuius menſę micas Reges ſeptuaginta colligebant. Iudi.1. Quid faciam? Quid Iudas diſpenſator primus?
Ioan.12. Currendum eſt ad laqueum. Mat.27. Scio quid faciam, ero largus vel ex bonis alienis, qui hucuſq; bona ta ſepulta tenebam in horreis: & qui prodigus fui inuitando diuites & profanos amodo liberalis ero in
Luc.14. pauperes cęcos & claudos, vt cum amotus fuero a diſpenſatione, recipiant me ipſi in manſionibus ſuis pauperes. Manſiones autem iſtę ſinus ſunt Abrae, qui hoſpitalis fuit & pauperũ pater, ſicut dixit & Iob Ioan.14. Manſiones autem debitoribus. Nomine autem duorum iſtorum cęteros omnes intellige de quibus
Luc.11. Cap.29. Vocatis inquit debitoribus. Nomine autem duorum iſtorum cęteros omnes intellige de quibus dicitur, dimittimus debitoribus noſtris panem oleum, vinum pecuniam, & omne iniuriarum genus, & cętera debita, quibus ſine vitam noſtram non viuimus. Q'd aũt plus olei remiſit q; tritici, illud ſignificat ... ſemper

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

ꝙ ſemper plus debemus miſereri affectu ꝗ̃ effectu, Vide.4.Reg.4. De vidua ſoluente omne debitũ ex oleo multiplicato, Et obſerua quomodo vidua hec vaſa vacua quęſiuit, ideſt pauperes: eaq; non pauca numero: magna enim debita multis eleemoſynis redimuntur. Illud mirabile: Quomodo vna tãtũ olei ſtilla ꝗ̃ primum oſtendi cępit, plura vaſa ex ea infuſa ſunt & impleta. Diſperſit male parta, & dedit pauperibus: iuſticia eius: &c. ps.111. Id vero vidua occluſo fecit oſtio, vt neſciret ſiniſtra quod dextra faciebat. Matt.6. Include inquit eleemoſynam in corde pauperum, in corde inquit, quia pater tuus videt, & reddet tibi eadẽ centuplicata. Obſerua & illud, affer adhuc vas. Pauperes ſemper habebitis vobiſcũ. Sed apud multos oleum ſtat, cum ſuperſint vaſa multa vacua, quia eſurientibus pauperibus, illi ebrij ſunt, licet curam videantur pauperum gerere ſicut Iudas. Ioan.12. Stetit igitur oleum, quia defuit vas, quia ab eunte Helia a domo viduę, ſiccatus eſt fons olei in lechito: quod nota. Quod dicit noſter textus, centũ

Figura. Ecci.29. 1.Cor.11. 3.Reg.17.

A cados: gręce eſt centum batos. Batus menſura eſt hebraica. Item & chorus, eſtq; menſura capiens modios triginta, ſed de his menſuris nihil certum habemus. Et laudauit dominus villicum, ꝙ prudenter feciſſet: quia filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. Et ego vobis dico: facite vobis amicos de mamona iniquitatis, vt cum defeceritis: recipiant vos in ęterna tabernacula. 1.q.1. Non eſt putanda. Item.12.q.1, Ca.2. Dominus iſte non eſt dominus Ieſus, quomodo enim laudaret quod ipſe vituperat dicens, qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis: quaſi qui victimet filium in conſpectu patris. Ecci.34. Dominus igitur villici laudabit œconomum ſuum, non ex fraude quam fecit, ſed cor eius & prudentiam, non attendens ad damnum ſuum, ſed ad ingenium vulpinum. Poſſumus dicere ꝙ abuſiue cum laudauerit, imo ironice: nam alioqui quomodo laudaret veteratorem diſſipantem prius bona ſua: & nunc ſecundo donantem debitoribus tam multa? Poteſt ſic exponi iuxta vnum doctorem: ꝙ dominus iſte ſit dominus Ieſus. Quia & ſi ea fraus comperta fuiſſet domino œconomi: non fuiſſet impune villico, dominus tamen Ieſus ad exemplum beneficẽ

B cę laudauit apud diſcipulos ſuos œconomi illius fraudulentum ſed tamen prudens conſilium, & ad huius imitationem adhortatus eſt ſuos, notans noſtram ſocordiam: ꝙ homines ſęculo addicti magis oculati ſunt ad malum: ꝗ̃ viri ſpirituales ad bonum vnum & neceſſarium. Auguſtin?. Quod ſi laudari potuit qui fraudem fecit: quanto magis qui dimidium ſuorum incluſit in viſceribus pauperum? Luc.19. Qꝺ prudenter inquit feciſſet. Sapientes enim ſunt vt faciant mala (feles ſunt: aſcalabotes ſunt vt mures capiant) benefacere neſciunt. Hiere.4. Sapiẽtiam autem hic pro malicia accipit propheta, iuxta illud: erat ſerpens prudentiſſimus omnium beſtiarum. Scriptum eſt autem, Iob.20. Iuxta multitudinem ad inuentionum ſuarum ſic & ſuſtinebit. Gregorius. Sicut enim exercitati in bonis operibus electi, nõ nunq; ſtudent plus agere: ꝗ̃ eis eſt dignatus dominus iubere (carnis enim virginitas nequaq; iuſſa eſt, ſed tantummodo laudata, nam ſi illa iuberetur: nimirum coniugium culpa crederetur, & tamen multi ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum: vt videlicet plus impendant obſequio: ꝗ̃ acceperunt in pręcepto)

Auguſti?. Gregorius

C ſic plerunq; peruerſi quiq; in prauis actibus exercentur, vt plus inueniãt in peruerſa operatione quod faciant, ꝗ̃ ex vſu reproborum iniquitates accipere exempla potuerunt. Non enim inuenirent iniquitatem nouam, niſi quęrerent: & non quęrerent niſi ex ſtudio perpetrare feſtinaſſent. Lib. Mora.15. Cap.9. Hinc noui ſemper caſus apud legum peritos emergunt: nouę & exquiſitę fraudes & cõmenta expilandi, rapiẽdi, extorquendi vſurarum palliatarum, cenſuum quos apertos vocant. Noua item genera ludorum, noui contractus nundinãtium, & multa id genus in quibus filij huius ſeculi ſapientes ſunt, noctiuidi ẽm ſunt & ſeipſos cotidie vincunt, proficientes in deterius. 2. Tim.3. Vt merito de illis dicas prouerbium: ſoli ſapiunt, ſicut refert Diogenes Laertius, Chryſippum philoſophum vſq; adeo ſibi placuiſſe, vt conſultus a quodam, cui potiſſimum filium ſuum philoſophię pręceptis inſtituendum traderet, ſibi cõmittendum reſponderit. Nam ſi quem inquit alium me pręſtantiorem arbitrarer, ipſe apud hunc philoſophię darem operam. Et iſte igitur ſapiebat, ſed ſibi ſoli, ſuis conſulens rebus. Aelius Spartianus, Heliogabalus imperatorem proponebat ſuis quaſi themata, vt iura noua dapibus condiendis inuenirent. Et cuius placuiſſet

Prouerbiũ

D cõmentum, ei dabat maximum pręmium, ita vt bombicinam veſtem donaret, quę tunc & in raritate videbatur, & in honore. Audi orationem eiuſdem ad cętum Romanarum meretricum. Eſt mihi bonę cõmilitones cordi legem ferre, per quam mulieres omnes fiant cõmunes: & erit dijs iuuantibus hęc glorioſa lex & maxime vtilis ac fructuoſa: non ſolum ad augendum ſobolem, verum etiam ad lucrum & iucunditatem. O fęlix & beata reſpublica o fortunati iuuenes fortunatęq; puellę: quanto deorum beneficio in mea tempora reſeruati eſtis. Hęc ille. Quis talia legens, temperet a lachrymis? Laudatus eſt igitur villicus ꝙ ſibi amicos conciliauerit de bonis domini, vt ſub motum ex officio diſpẽſandi (memores officij in eos collati: manus enim manum lauat) reciperẽt in domos ſuas. Vos igitur facite vobis amicos de mamona iniqua. Ambroſius. Pulchre autem iniquam mamonam dixit: quia varijs diuitiarum illecebris noſtros auaritia tentat affectus: vt velimus ſeruire diuitijs: inclinare ceruicem & adorare ſtatuã. Dani. Cap.3. Aut flexo poplite adorare Satanam. Gregorius. Quod ſi pauperum amicitijs ęterna tabernacu-

Ambroſi?. Gregorius

E la acquirimus: dantes penſare debemus: ꝙ patronis potius munera offerimus, ꝗ̃ egentis dona largimur. Quod ſi diuitię iuſto labore partę: ſi non bene diſpenſentur, mamona ſunt iniqua, quid dicẽdum de furto fraude & rapina acquiſitis. Mamõna iniquitatis, non intelligas diuitias per fraudem acquiſitas, quia repugnat ſcripturę ex ſic partis eleemoſynam facere. Sed dicuntur iniquę: quia inequaliter diuiſę ſunt. Sunt & iniquę: quia nullę ſunt in quibus congregandis vel conſeruandis non interuenerit peccatum vel miniſteriorum vel poſſidentium vel auorum aut diſpaporum. Faber. Cur diuitię iniquę dicuntur? Quia fere per ipſas & propter ipſas omnes in hoc mundo iniuſtitię ſunt. Quas hominib? dari ad probationẽ

Faber.

fidelitatis

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

felicitatis erga magnum totius vniuerſi dominum, inſinuat dominus, cum in conſequentibus illatu? eſt
qui fidelis eſt in minimo &c. Diogeni roganti quendam prodigum mnam cur me reſpondit ille mnam
Diogenes rogaſ aliios vero triobolos? At Diogenes ꝙ ab alijs inquit iterum ſpero, ate vero non amplius. Nõ enĩ
das vt facias tibi amicos, ſed quia morbo prodigalitatis laboras. Vos autem facite vobis amicos. Au-
Auguſti?. guſtinus. Neq; ideo tamen adhuc addere debemus iniquitatem furta rapinasq; cõmitte, vt plures paupe
res ſanctos miſericordia largiore paſcamus, quia non ſunt facienda mala vt veniant bona. Rom. 3. Hie-
Hierony. ronymus. Si autem iniquitas bene diſpenſata vertit in iuſticiam, quanto magis ſermo diuin? in quo nu
prouerbi. lla eſt iniuſticia, ſi bene fuerit diſpenſatus ſuos œconomos leuabit in cœlum? Quod autem dicitur in p
uerbio, non ſunt amici, amici qui degunt procul, nullo modo ſanctis congruit, qui etiam abſentes adſunt
& ſemper curam noſtri gerunt, ſicut & angeli qui vident faciem patris pro nobis. Matt. 18. Vulgo autem
reuera ita fit, vt ſimul atq; e conſpectu neceſſariorum ſe iuncti ſumus, neſcio quomodo obrepat obliuio
quędam familiarium. Sequitur. Qui fidelis eſt in minimo, & in multo ἐν πολλῷ: en pollo fi-
delis eſt, & qui in modico iniquus eſt: & in multo iniquus eſt. Si ergo in iniquo mã-
mona fideles non fuiſtis: quod verum eſt, τὸ ἀληθινόν: to alethinõ quis credet vobis?
Et ſi in alieno fideles non fuiſtis: quod veſtrum eſt quis dabit vobis? Minima appellan-
tur bona, quę vocauit mãmona iniquitatis, quę reuera diuitię non ſunt, niſi ijs qui cum affluunt, appo-
nunt cor, hoc eſt confidunt in eis iuxta Auguſtinum. Maiora autem ſunt bona ſpiritualia, cura videlicet
Auguſti?. ouium rationabilium, diſpenſatio verbi euangelici, miniſtratio ſacramentorum. Ponamus exẽpla duo.
ꝑs. 61. Sint verbi gratia Ioſeph & Iudas. Ioſeph in minimo fidelis inuent?, diſpenſator rerum domini ſui, ſecũ-
dus poſt regem regnum adminiſtrauit ægypti. Vide textum Geneſ. Cap. 39. Ibi ecce dominus meus om-
nibus mihi traditis & cætera, quia ſatis congruit huic ſententię: qui fidelis eſt in minimo. Iudas merca-
tor peſſimus qui in modico infidelis fuit, & fur erat, quia in maiori infidelis futurus erat; laqueo vitam
clauſit. Sic & Paulus qui in minimo fidelis fuit paternarum traditionum ęmulator acerrimus: in multo
Gal. 1. fidelis fuit: euangelij prędicator adamantinus, legis Moſaicę expugnator acerrimus. Quatuor igitur
nominibus vocantur diuitię videlicet bona minima, modica, iniqua, aliena. Minima quia maiora ſunt
ſpiritualia: modica quia non ſatiant appetitum: licet ĩriter, iniquę dicuntur, quia aliud promittunt, aliud
exhibent. Alienę quia nemo eas moriens ſecum defert. Interroga epulonem. Non deſcendet cum eo glo-
ria domus eius, cum interierit non ſumet omnia. ꝑs. 48. Vtinam centeſimam partem permitteretur auf-
rre, tamen nudus reuertetur in vterum matris ſuę. Iob. 1. Cæterum bona ſpiritualia vocantur maiora, ve-
ra & noſtra. Maiora quia iuſtorum tantum. Vera quia beatos faciunt poſſidentes. Matth. 5. Beati mi-
Hierony. tes &c. Noſtra quia nobiſcum emigrant ſicut dicit Hieronymus, ſola virtus comes eſt defunctorũ. Ni
& litterę marſupium non ſequuntur Crœſos quis licet ſpiret & Darios. Noſtras dixi virtutes: ſed quicquid
habemus a deo accepimus. 1. Cor. 4. Si igitur in minimo iniquo & alieno infideles fuimus (quandoquidem
magiſtrat? oſtendit virum) maiora & vera & noſtra quis credet nobis? Quis credet diſpenſationẽ opũ
cœleſtium cumini ſectori, qui in pecuniam rem omnium viliſſimam (bona verba bona verba, pecuniæ
obediunt omnia. Eccl. 10.) infideliter diſpenſauerit: non ꝙ raro huiuſmodi cumini ſectores diſpenſent bo-
na cœleſtia, ſed vtrum pręcedat vox illa, quid vultis mihi dare, alioqui non vobis eum tradidero, ipſi vi-
derint, qui hereditate poſſident ſanctuarium dei. Quid eſt quod diximus, magiſtratus oſtendit virũ? Sen-
ſus eſt, in vita priuata vix ſatis perſpici poſſe mores & ingenium hominis. Verum ſi cõmittas imperiũ,
ꝑs. 80. vt quod libeat, idem liceat, tum demum apparere quo ſit animo. Eleganter autem inuertit epaminũdas
prouerbium, cui cum Thebani per contumeliam magiſtratum quẽpiam ſordidum & contemptum mã-
daſſent, non contempſit: ſed ea cura geſſit, vt munere prius contemptiſſimo dignitas & authoritas ac-
cederet, dicens. Non ſolum magiſtratus virum oſtendit, ſed magiſtratum vir. Plutarchus. Audiebant
Dani. 3. autem omnia hęc, & phariſęi qui erant auari deridebant eum. Putantes ꝙ fabularetur. Et
ait illis. Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram hominibus: deus autem nouit corda ve-
ſtra. Quia quod hominibus altum eſt, abominatio eſt ante deum. Multi ergo ex his q
audiebant, quorum tetigerat deus corda: elegerunt potius mitti amodo in caminum cum tribus pueris
ꝗ adorare aurũ in quo confidunt homines multi (maledictus autem qui confidit in homine; quanto ma-
gis qui confidit in pecunia) cæterum phariſęi qui erant auari: quorum dominus Ieſus cicatricem tetig-
rat, deridebant eum (quod vocant naſo ſuſpendere) quia contraria legi Moſaicę docebat, cuius verba,
ſi me audieritis, bona terrę comedetis. Eſai. 1. Sciebãt patrem ſuum Abraham cum diuitijs opulentis do-
mino placuiſſe: itidem Iſaac, Iacob: Dauid, Ioſiam: deniq; dominum diuitias promiſiſſe Salomõ
Quod maximum & euidens argumentum eſt, diuitias donum dei eſſe: vnde merito videbantur
biliter irridere eum, qui contemptum diuitiarum ſuadebat. Ad hęc dominus, vos eſtis q iuſtificatis &c.
Ita dicit Hieronymus. in mea patria ruſticitatis vernacula/deus venter eſt, & indiem viuitur; & ſan-
Hierony. ctior eſt ille qui ditior: quia iuxta prouerbiũ* veſtis virum facit. Verũ vir bonus non a veſte: non a di-
Prouerbia uitijs ſed a conſcientia habet teſtimonium, ea autem mille teſtibus pręfertur. 2. Cor. 1. Vos igitur eſtis ad
hominis ſepulchra incruſtata deuotionis templa: corniculę alienis ornati plumis: hydra magis veſtipe-
lles, quorum ſilenum ſi explices, mare malorum reperies. Dicitis ꝙ diuites eſtis & nullius egetis, tumentes
inanibus bonorum ſimulachris, quia homines eſtimant hominem ex veſtitu: opulentia & obſeruatione
Apoc. 3. inanium ceremoniarum, ad populum phaleratis: ego autem, qui vos & intus & incute noui, ſcio q eſ-
tis pauperes: cęci & miſerabiles: & ipſo Vliſſe doloſiores. Hos tamẽ Chriſtus ſuis pinxit coloribus. Ma-
* Tranſlatum eſt autem hoc prouerbium a pictoribus, qui non nunq̃ faciem hominis ita vt eſt exprimunt

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

nonnunq̃ alicuis fucāt coloribus, vt ex Hecuba faciāt Elenā aut Lucretiā. Aut alluſum eſt ad Aeſopicā corniculā: quæ ſe coloribus alicuis vēditauit: cui dicitur per Oſeæ. Statuā eā iuxta diē natiuitatis ſuæ, de quo in Ezech. ca. 16. Quia inquit quod hominib⁹ altū eſt, abominatio eſt ante Deū. Dicēs quod hominibus, ſanctitatē Phariſæorū mentitā intelligit, per quē nō erant ſicut cæteri homines, & tamē iuxta veritatē in alijs eorū inuētus eſt ſanguinis animarū pauperū. Hiere. ca. 2. Quo ſermone oſtēdit eos raptu viuere, vt qui eſſent quidē vulpe fraudulentiores: vulturibus edatiores: Tantalo ſitientiores. Iſti vocantur in Zacharia milui & vppupæ: quæ ſtercore paſcuntur humano. Cæterū iuxta litterā altū Phariſæorū illud eſt: q̄ tumebant de iuſticia: quia ſi meç cū eſſent: incedebant tamē purpurati: aut in ſtolis albis: Murmurabāt autē de māſuetudine Chriſti: q̄ peccatores ſuſciperet ad pœnitentiā. Quoniā autē dominus Ieſus Luc. 16.
Paulo ſuperius ꝓpoſita diſpēſatoris callidi ſimilitudine, adhortatus eſt ſuos ad bene merendū de omnib⁹
A & maxime de pauperibus: vt ipſi poſt hanc vitā reciperēt nos in æterna tabernacula: quando iam verſis rerum vicibus, illi omnium bonorum abundantia perfruentur: diuites dimittentur inanes in tartara: velut exemplum huius rei deſcribit: quo tenatius hæreat memoriæ hominum. Vnde ſequitur Luc. cap. 16.

## Cap. xx. De homine qui epulabatur & parentabat ſibi cotidie: cuius indumenta erant purpura & byſſus. deq̃ Lazaro ęgroto qui micis ſaturari cupiebat: deq̃ fine vtriuſq̃ admodum diuerſo.

HOmo quidā erat diues: qui induebatur purpura & abyſſo: & epulabatur cotidie ſplēdide: & erat quidā mendicus nomine Lazarus: qui iacebat ad ianuā eius in veſtibulo vlceribus plenus: cupiēs ſaturari de micis quę cadebāt de mēſa diuitis: & nemo illi dabat. Homo hic fama ſuper ęthera notus erat in terra ſua: & ex lautis epulis quib⁹ perpetuo ſibi parētabat: acquiſierat nomē famoſum (alter Lucullus.) Sicut & mulier illa peccatrix famoſa. Luc. 7. Ideoq̃ nomine caret in euāgelio, deletus de libro viuētium,
B Pſal. 68. Erat autē aliquādo diues & cornicula, ſed iam non eſt quod erat. Ita dixit Eccle. Ego fui rex in Hieruſalem: & quādo hoc dixit rex adhuc erat: ſed flores veris Eccle. 1.
huius ſæculi: anteq̃ veniāt ab eunt, ſicut fœnū tectorū quod priuſq̃ euellatur exaruit. Memēto cucurbitæ Ionæ. Cap. 4. Beſtia quā vidiſti vel mulierē ſedentē ſuper eā circundatā præpura & byſſo & ornatā Pſal. 128.
omni lapide precioſo: Erat, ſed iam non eſt. Apo. 17. Pauus erat: nūc cornicula. Pauo laudatus, expandit Pauus.
colores aduerſo maxime ſole, quia ſic fulgētius radiat. Idē cauda annuis vicibus amiſſa cū folijs arborū, donec renaſcatur iterū cū flore, pudibūdus ac merens, quærit latebrā. Audiuimus pauū explicātē pēnas, quia induebatur purpura & byſſo: & epulabatur cotidie, idq̃ nō ieiune ſed ſplēdide vēter enim faliſcus erat, & per gliſcebat obeſus. Hoc verno tēpore factū eſt. Trāſijt autē æſtas: & amiſſa cauda cucullatus,
C merens latet apud inferos: donec ſuppullulet cauda eius Induebat inquit purpura: & forte iuxta quod. S. Trāquillus refert de Nerone: nullā veſtē bis induit. De origine præpuræ apud Romanos ita dicit Diony Trāquill.
ſius hali. Tarquinius ſuperbus annuēte populo, regalia ſuſcepit inſignia: & ad vltimū vſq̃ diē vitæ coronā tulit aureā: & veſte indutus eſt præpurea picta, habensq̃ ſceptrū eburneū: in ſella ſedit eburnea: atq̃ Dionyſi.
lictores. 12. Cū ſecuribus & virgis ius dicēti aſtabāt: & euntē præcedebāt. Hic q̃ mos cæteris poſt eū regiā poteſtatē habētibus, & poſt electionē regū annuis cōſulibus permāſit, pręter coronā & veſtē purpureā. Hęc enim ab eis ablata ſunt ſolaton⁹ eſſe & rē inuidioſam viſā: præterq̃ in triūphis. Hęc inſignia ab etruſcis Romani acceperūt. Nā etruſcorū legati cū Romanis de pace agētes: rege Tarquinio: hæc eidem inſignia obtulerūt: quib⁹ apud ipſos reges ornabātur. Et in hiſtoria Danielis. ca. 5. Purpura inſigne regiū eſt: & 1. Mach. ca. 11. Hō igitur cū purpura dicitur indui, de ſuperbia tacite notatur. Nūc autē operimētū eius vermes ſunt. Eſai. 14. Epulabatur. Quo habitu, Anuarus Babyloniæ rex qui cteſia autore ex ſeruo Anuarus.
aſſumptus fuerat ad regū, ſtola & ornatu muliebri (o mōſtra oſpectra humana) videbatur dū cœnaret.
D Centū & 50. Saltatrices puellæ ac canētes aderāt: canticū aūt illud erat, duxit in bonis dies ſuos, in pūcto ſepeliet apud inferos. Iob. 21. Tragicus iſte rex aut Chartaceus: ſicut eſt videre in Tragœdijs, vbi tantiſper durat imperiū: dū fabula peragat. Tū depoſita perſona, qui Paulo ante fuerat Salomō aut Iupiter nulli Prouerbia
potius, treſsis hō deſcēdit ad inferos. Erat autē genus epuli inſigne apud Romanos quo forſan hic hō frequēter vtebat: (niſi iudęus erat quod veroſimile eſt) id erat porcus, quē Troianū dicebāt, qui mēſæ inferebat: alijs aīalibus farct⁹, ſicut fert de equo illo Troiano grauido armatis militib⁹. Habebat aūt & di- Plutar.
ues forte id quod de Lucullo refert Plutar. Cœnacula multa domi: ſingulis aūt cœnaculis & cōuiuū precīū & ſpēdor apparat⁹ diffinitus erat: ita vt dicēte Lucullo (gratia exēpli) cœnabit hodie in Apolline (id C. Augu.
erat vnū ex cœnaculis) intelligerēt famuli quāti cōſtare debebat illius noctis cœna. Quāto modeſtior Cæ ſar Augu. q̄ cœnā ternis ferculis: aut cū abūdatiſsime, ſenis prębebat: vt nō nimio ſumptu: ita ſumma co- Sabellicus
E mitatę. Refert aūt Sabellic⁹ de Sardenapalo rē vix credibilē. Abierat inq̄t ille ois humanæ vicis & rerū volubilitatis oblit⁹ in tātā vitę mollicię: vt iā gradis natu puellari more corp⁹ fuco cōponeret, ex papilia laret, muliebri ſtola muliebriter amiciretur & molliter: pudore adeo profligato (ſecretum meum mihi) vt poſt mortē qua nihil egit in vita pulchrius, & vt creditur volente, tale epitaphium ſepulchro ſuo affixū ſit. Ede bibe, venere vtere: poſt mortem nihil. Itaq̃ qui olim epulabatur. Nunc iuxta Auguſtinum ſuper Pſal. 48. Digerit apud inferos omnia quæ deuorauit. Dicamus de iſto, quod. M. Varro dicit de quodam diſcipulo epicuri. Si quantum operæ inſumpſiſti, vt tuus piſtor bonum faceret panem, eius duodecimā philoſophiæ (nos dicamus pauperib⁹) dediſſes. Ipſe bonus iāpridē eſſes effectus. Nūc illū qui norūt volunt emere milibus centum: te qui nouit nemo centuſſi. Epulabatur igitur: curabat cuticulā, balneis vnguētis, ſomno, luxu alijsq̃ id genus delitijs vtebatur: porcus iſte de grege epicuri: qui ad victimā in Varro.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Hiere. 12. craſſeſcebat. Et erat quidā mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuā eius vlceribus plenus. Pau-
pererat & mon[illegible]ramus. Diuite itaq; poſito in aggeſtu diuitiarum, ad ianuā eius fame tabidus pauper
vlcerum ſanie defluens iacebat: affixus lecto: canibus vulnera diſſoluta lingentibus. Sed hæc erat militia
corporis. Interius tamen anima eius perſidē in vulnerabilis, & ad omnē telū inuicta: coronandus deſer-
Ambroſi⁹ tur in ſinū Abraę. Ille vero cui totius ciuitatis nobilitas graui dominatu ſubdita famulabatur: cui aeris
terræ & maris copiæ in vſum conuiuij congerebantur: vni ventri eius officijs elementorum omniū ſer-
Eſai. 66. uiētibus: qui miras negauerat: a modo Chao ſeparatur, recluſus in tenebris exterioribus, vbi continuo
morſu vermis inexorabilis arroditur: & irrorari ſibi minimo digito linguam petit: quæ ad tot vini gene-
ra exquiſita & quadragenaria nauſeauerat non ſemel. Oīs enim natura hominum inſolens ad ſecundas
res eſt, & imbecillitatis ſuæ immemor: incōſulte in proſperis iactans eſt. Cum enim ſemel a cræſo voca-
retur Solon: qui putabat philoſophū in tanto auri ſplendore ſtupefactū reddere: qui tamē nihil prome- F
tus eſt animo viſa gloria & diuitijs eius indignatus rex: Nūquid inquit aliquē me fœliciorē noſti? Mul-
tos inquit, & enumeratis quibuſdā pauperibus, & maxime Sophidius pauper homo Archadū ætate ſe-
nior, qui agelli ſui terminos nūq; exceſsit: paruuli iuris fructibus cōtentus. Rex acceſior factus, in nullo
me inquit beatorū numero repenis? O rex inquit Solō: cum hominis vita varijs fortunæ vicibus ietetur
Cræſſus. aſsidue, ille ſolus beatus dici poteſt: qui vitæ fœlicitatē cum honeſta morte mutauerit. His dictis pertur-
bato vehementer cræſo: diſceſſit. Dixit autē & illud Solon: ꝙ qui a fortuna multa comodato acceperit,
Solon. fortunatus dici poterit, nō item beatus. Qui vero hæc poſsidēs: placido aīo e vita diſceſſerit: hic apud me
nomine veluti rex & beatus donari meretur. Oīs quippe rei oportet inſpicere exitū quo ſit euaſura: quo-
niam multos deus quibus fortunas ſuppeditaret: radicitus euellit. Memento modo ſemel atq; iterū. hac
Ecleſi. 6. igitur Solō neq; aſſentādo cræſo: neq; vllius eum momenti faciendo, loquutus: dimiſſus eſt: ſane ꝙ vi- G
ſus eſſe indoctus: qui bonis præſentibus prætermiſsis: iuberet, omniū rerū inſpicere exitus. poſt breue ve
ro tēpus male intellecto oraculo: ꝙ ſi bellū inferret perſis: perderet magna regna, a cyro in acie ſuperat⁹
amiſſo regno: cū ad pyrā duceretur cōcremādus: ea cōſcenſa: alta qua potuit voce ſpectantibus cyro &
cunctis, o Solon Solon Solon clamauit. Id cyrus audiens: rogari eū iubet, quis hominū deorū ve eſſet hic
quē vltimo in ſupplicio cōſtitutus: tanropere efflagitaret. Qui nihil mentitus: rei ordinē retulit, & intu-
lit: monita eius ego ſuperbe aſpernans, rebus ſecundis inflatus, nunc omnibus triſte ſpectaculū ſero pœ-
Hiſtoria. nitētia afficior. Hæc audiēs cyrus: cautior factus rei periculo, & eius ſortē miſeratus, ab incēdio liberatū
ad vltimū vſq; diē ſummo honore proſequutus eſt. Lazarus igitur iacebat ad ianuam: quē diues nō ſe-
mel bis aut ter ibidē offenderat: ſed adamātina ferens viſcera nō magis ad illū affectu tangebatur ꝙ ad
lapidē. Illud cantū habebat hominis: ꝙ non iubebat eū abijci in coruos tanq; ſordidū & abeminandū
ſpectaculū & cadaueroſum cadauer, vlceribus plenū. Chryſo. Itaq; diuiti nauis erat plena merciū: ſecū-
Chryſoſt. cundo nauigabat vento. Verū ne mireris: ad naufragiū enim feſtinabat. Iacebat pauper in ſtercore: diues
epulabatur. Sed vbi comederis ac biberis inquit ſcriptura Deut. 32. (adeo delitiæ ſolēt ad numinis obliuio
nē adducere) caue ne obliuiſcaris: & in craſſatus: recalcitres. Verū vni equo laſciuo & in ſanieti alter pa-
ratus eſt, iſq; nō cordubēſis. Iacet pauper, & vlceribus plenus. Et ſi horū vnū quodq; per ſe intolerabile
eſt, & acerbū: cū ſimul cōglomerata fuerint: an nō adamas quiſpiā fuerit: qui hæc perferat. Sicut enim di
cit homerus: dura quidē miſeris mors eſt mortalibus omnis. At perijſſe fame: res vna miſerrima lōge eſt.
Homerus. Egrotatio ſi opes habet, ſolatiū habet. Quāta ergo pœna in iſto: in quo inter tot vulnera nō meminit do
lores plagarū. Sed famē & micas cupiebat enim ſaturari de micis. &c. Quid ſi veſtē popoſciſſet? Ambr.
Ambroſi⁹ Diuites ita ſunt propriæ cōditionis immemores, vt de miſerijs pauperū ſua capiant incentiua viciorū &
voluptatū. Nec mirū quoniā iuxta Auguſt. nec deū timēt: nec homines verētur. Luc. 18. Deinceps adde
Auguſt. tertiū. Erat pauper omniū ſolatio deſtitutus. Erat ſpectaculū ingredietibus & egredietibus: & tamē nul
lus miſerebatur: quia omnis induti erāt viſcera epulonis. Adde illud: nō videbat alterū Lazarū nā ſola-
tiū eſt miſeris ſocios habere pœnarū. Adde illud, de reſurrectiōe neſcio ſi quid potuit philoſophari. Erat
enim ex eorū numero, qui gratiā Euāgelij precesſerūt: quod aūt eū ſuper oīa cruciabat, illud eſt quod au
Cap. 15. & diuit Iob ab amicis: videlicet ꝙ peccatis ſuis exigētib⁹ ea mala patiebatur: ſicut dictū eſt de Paulo a vipe-
alias ſæpe. ra percuſſo. actu 28. Nec tamē accuſatē diues hic ꝙ auar⁹ eſſet aut raptor, aut adulter: ſed ſola in eo cōdē-
nat ſuperbia Iacebat ad ianuā pauper: ne diceret: nō vidi, nemo mihi nūciauit. Iacebat igit ſolis canib⁹
miſerādus. ita enim erat egrotatiōe reſolutus: vt ne ipſos quidē canes valeret abigere vel dicere eſt iuxta
puerbiū: canis mēdico auxiliās. Nā canes infeſti ſunt mēdicis velut eiuſdē artis: niſi ſi quādo fruſto panis K
corrūpunt: quod iſte facere nō poterat. Augu. ſuper ps. 56. Quomō putatis de teſtādos qui cōpurgatoriae
tanq; iumēta in ſcelerib⁹ ſuis, trāſeūtes hūc vlceroſum pauperē? Quomō: Forte hūc clauſis narib⁹ cōſpue
Prouerb. bāt. Quomō aūt ſibi optabāt vitā illi⁹ epulonis. Sed o mutatiōnē dextræ excelſi: terribilis in cōſilijs ſup
Auguſt. filios hoīum. Ille quē deſpicimus, quē videre nō poſſumus: noſtri ſimilis eſt: & de eodē nobiſcū for[illegible]
luto. Quicquid patitur: & nos pati poſſumus. Micas cupiebat a mēſa diuitis: aquā videlicet e pumice
Pſal. 65. poſtulabat iuxta puerbiū. Vnde illud plauti. Nā tu aquā (dicam⁹ nos: nā tu micas) e pumice nūc poſtu-
las: qui ipſe ſitiat: qui ipſe eſuriat. Pumex inquit idem non æque eſt aridus atq; hic ſenex hic epulo. Eſt
Prouerb. autem pumex lapis cauernoſus, naturæ adeo ſiccæ, vt ſi in vrceum bullientem immiſeris, feruorem ex-
pumex. tinguat, non ſolū ad tempus: ſed in totū. Nec aliud in cauſa putat eſſe Theophraſtus, niſi ꝙ vehemen-
theophra. tiſsima ſiccitate ſpumā totam ad ſe trahere nitatur. Meminit & de quodam: qui pumice acri conſperſo
aceto, munire ſeſe conſueuerit, vt poſt ſeptimā ellebori potionem: nec balnei nec vini potatione prouo-
caret ad vomitū. Veniebāt igitur & canes: & lingebāt vlcera eius. Et canes igit ex pbrāt in
humanitate

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

humanitatē epulātis cyclopi: qui ꝓ micis quæ pauperis erāt: quas ipſi ſurripiebāt: vlcera lingebant. Vidimus tamē aliquādo, cum recūberemus ad mēſam principis cuiuſdā: canē vnū nec tamē vt tagus erat, eodē refici alimēto & Catino quo & princeps ipſe: id qđ nō infrequēs eſt apud multos noſtratiū principū. Vtrū aūt canis iſti naturali quadā clemētia: an vt deliciaretur, vulnera lingeret: videto. Quod aūt canes dū vulnus lingūt: putredinē ad ſuperficiē tradūt: & ſanitati corpus reſtituūt: nemo ignorat. Iſti ſunt prędicatores inſtātes oportune importune. Sunt & canes iſti iuxta Augu. & Chryſo. Adulatores: quorum lingua laudat peccator & benedicit. ps. 9. dicunt eñ malo bonus es. Eſai. 5. Iuxta. 70. Factū eſt aūt vt moreretur medicus & portaretur ab angelis in ſinū Abraę. Mortuus eſt aūt & diues: & ſepultus eſt. Et in inferno eleuās oculos ſuos: cū eſſet (ſepultus) in tormentis: vidit Abraā a lōge: & Lazarū in ſinu eius: & ipſe clamās dixit, Pater Abraā miſerere Augusti⁹.

A mei: & mitte Lazarū vt intingat extremū digiti ſui in aquā: (Modica negat: maxima petit Iacobi. cap. 5.) Vt refrigeret linguā meā: quia crucior in hac flāma. Flāma vera erat: lingua aūt imaginaria. Sed aia affligit ſu ꝯ ijs imaginib⁹ quas traxit a corpore, Sap. ca. 17. Factū eſt inqt. Quid eſt quod factū eſt? Soluta eſt ſcena: & inuerſæ ſunt rerū vices. Miſeria Lazari trāſijt ad epulonē: Et deliciæ epulonis ad animā pauperis Lazari. Lazarus a ſtercore ad ſinū Abraæ: Epulo a Triclinio & purpura ad fluuiū Letheū & Phlegetō qui abluit ripas Acherōtis. Factū eſt inquit vt moreret medicus: & forte iacuit triduo inſepultus: vt eſſet vita functus canib⁹ eſca: qui viuēti lingebāt vlcera: hoc eſt refricabāt. Forte aūt ſepult⁹ eſt iuſſu epulonis: ne cadauer offenderet nares ingredientiū, & egredientiū. Mortuus eſt autē morte oim miſera, fame videlꝫ deficiēs. Diues aūt patinarius ꝙ mortuus ſit: nemo nō mirabit. Quis enim nō iudicaſſet illū abſolutū exēplar fœlicitatis huius an æ: Tu tamē memēto ꝓuerbij. Nō liberat podagra calceus: nec pcioſus anulus vnguiū vicio: nec diadema capitis dolore: neq̃ iuxta Plutar. diuitiæ reliquaq̃ fortunæ munera tollūt morbos corporis: Imo duplicāt: & mortē accelerāt. Itaq̃ mortuus eſt pau f. Bonauē. prouerbiū.

Ioan. 9. votis exoptamus adeſſe, dic nobis palam, ſicut dixiſti (vt ferunt) cęco nato & Samaritanę. Ioan. Ca. 4
Ioan. 2. Chryſoſto. Tu autem conſidera iudæorū viſcera viperea. Cum verbis erudiuntur, dicunt, quod ſignum
Chryſoſt. oſtendis nobis: quod hec facis? Rurſus cum ſignum vident famoſum: ſignum de cœlo petunt, Luce. 11. Cum
autem operibus potentia domini demonſtratur: dicunt, ſi tu es ille Chriſtus dic nobis libere: confidenter
Parreſia, dic nobis palam. Intereſt enim noſtra imo & omnium refert id ſcire: ſi tu es deſideratus cunctis
gentibus. Aggei. 2. Sic calipedantes, operibus clamantibus ad verba: verbis ad opera confugiūt Euripo
3. Reg. 18 verſatiliores. Dominus autem qui non ignorabat: quod peruerſo id animo interrogarent: quandoquidē id
quod rogabant, frequenter audierant vel volentes, vel nolentes: & ex operibus noſſe licebat, ſi libuiſſet
tamen vt nullū eis excuſationis velamen relinqueret, ſi ex ore veritatis virtute audita non crederet, reſ-
pōdit. Quid opus eſt verbis? Quid veſtigia queritis, cū adſit leo? Loquor vobis, & non creditis. Credite
operibus, quę mihi inter vos verſanti ſatis multa teſtimonium perhibent: quorum & vos oculati teſtes
eſtis: pretendatis licet nunc ignorantiam. Quod ſi opera teſtificantur Chriſto, inquit Auguſtinus, nemo
habens nefaria opera, polliceatur ſibi regnum cœlorum dicens, quoniam habeo ſignum Chriſti: & ſacra
mentum eius: non delebor in ęternum. Folia enim non protexerunt nuditatem parentum noſtrorum: nā
quod vmbra arboris neſcio cuius. Pone quod habeas linguas angelorum, ſcienciam Adam vel Salomonis: fi-
dem Centurionis, ardeas cum Laurentio, rapiaris in tertium cœlum cum Paulo: dimidium ſubſtātię des
2. Cor. 13. pauperibus cum Zacchęo: ore ad os loquaris dominum cum Moſe; charitatē non habeas, ſtatua es, ge d
Num. 12. niens es: nihil es. Iphicrates cum futoris filius eſſe putaretur, omnibus fidem contemptui erat: ſed in pri
Iphicrates. tunc primum eſſe cępit: cum vulneratus: hoſtem ſimul cum armis correptum in triremem ſuam viuū
tranſtulit. Sic Dauid cum audiret: non potes; reſiſtere Philiſtęo: quia puer es, ille autem bellator ab a-
1. Re. 17. leſcentia ſua: Dauid operibus preteritis fidem ſibi conciliauit apud Saulem. Cæterum Philiſtęus ſatis
Figura. morum vehebat: ſatis verborum, currum videlicet conuitijs onuſtum, ſed non exhibuit re, quod ve-
deblatterabat. Diſtraxerunt ſanctum Ioſeph fratres ſui: & neſcio verum doluerint ſuper contritione
Geneſis. Capite. 27. Elapſis autem annis /23/ cum pergerent vt frumentum emerent, coniecti ſunt in vin
cula tribus diebus precepto Ioſeph fratris ſui: qui preerat regno ægypti. Ibi igitur cōſtituti, ita coloque-
Geneſ. 42. bantur ad inuicem. Id quidem crimen quod nobis inuritur: ecce coram deo falſum. Nunquid tamen ſan
guis fratris noſtri non clamat adhuc in auribus Dei? Vere merito patimur: quia peccauimus in fratrē no
ſtrum. Denique Achab qui mutauerat pilum non mores, mutato licet habitu ingreſſus fuerit bellum: ubi
eum comprehendit vindex prouidentia Dei. 3. Reg. 22. Quę enim ſeminauerit homo hęc & metet. Ori-
Origenes. genes. Multi ſunt qui ex hac vita abeuntes, vel bonorum vel malorum poſt ſe quędam ſemina relique
runt; ex quibus qui ſuperſunt homines occaſiones vel ſalutis vel perditionis accipiunt. Verbi gratia: re-
ſunt qui

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

ſunt qui prauas ſectas (Luterus & ſuis ſimiles) vel qui magica ſacrilegia condiderunt: vel errores aſtro-
rum & decreta ſanxerunt: vel qui ſchiſmata aut ſcandala aut diſſenſiones operati ſunt, noua genera lu-
dorum contractuum vſurariorum: rapinarum comenti ſunt, & ad id induxerunt principes, vt ſubditos/
compilarent, cędentes primum quidem flagellis, demum & ſcorpionibus (obſerua autem interim menda
tium illud omnium pernitioſiſſimum, nobis dicite dormientibus, Matt. 28.) Vel econtrario profectꝰ oīs 3. Reg. 12.
eccleſię & conuerſionem animarum ad deum/atq; emendationem totius mundi: quorum omnium cau-
ſę non niſi cum ipſius mundi fine claudentur. Et ideo non eſſet iuſtum iuditium dei: donec de his ſingu-
lis vel profectus vel impedimenta penderent. Tunc homo omnia quę in operibus ſeminauit ſiue bona
ſiue mala ea centuplicata recipiet: ideoq; operibus credendum eſt non verbis. Vnde dominus Ieſus tribꝰ
tantum annis verbo docuit, tribus autem & triginta operatus eſt. Nam & hoc a natura docemur, a qua
A os vnum tantum accepimus, linguam vnicam eamq; multis vallatam repagulis, accepimus autem ma-
nus duas eaſq; in decem vt ita dicam digeſtas Vnde illud Geneſ. 32. Placabo illum muneribus quę prę-
cedent faciem meam: forſitan propitiabitur mihi: quia reuera & dij muneribus demulcentur. Niſi ꝙ apud prouerbiū
multos omnia Mandrabuli more procedunt: aut iuxta Daniel. Cap. 2. Vita noſtra ab auro incipiens: in Figura.
terram deſinit. Id ita ſit nec ne, operibus credite. Sed ad rem. Loquor & non creditis nō creditis: quia nō
vultis: & quia non vultis credere: non eſtis ex ouibus meis. Sed ſi non ſunt ex ouibus tuis o bone paſtor
iſti quibus cum loqueris, vnde dixiſti ad Chananęam, nō ſunt miſſus niſi ad oues domus iſrael perditas
ſed ſui non receperunt eum, inquit Ioannes, hoc eſt: ad oues morbidas venit medicus, ferens ſecū vinum
cum oleo, ſed ſui eum non receperunt: peccauerunt ei, & non filij eiꝰ, non crediderunt ei & non oues eiꝰ.
Tamen iuxta carnem ex ouibus erant chriſti, Ita dicit Paulus. Secundum euangelium quidem inimici Rom. 11.
propter vos, ſecundum electionem aūt chariſſimi propter patres. Hoc eſt dictu: quidam ex iudęis oues
ſunt numero tantum/non merito: & hi vocantur inimici noſtri ideſt gentium: quia nos credimus Euan
B gelio, quod ipſi non recipiunt. Sunt & inimici ipſi euangelio: quod poſuit ſilentium legi: & omnino eā
abrogauit. Quidam autem ex iudęis ſunt chariſſimi nobis propter patres eorum quorum fidem ſectan Iudæi.
tes, dominum Ieſum eis promiſum & ad ſe miſſum ſuſceperunt dicentes, benedictus qui venit in nomi- Ioan. 6.
ne domini. Matth. 21. Quorum vox eſt illa: verba habes vitę ęternę, quo ibimus extra te? Quoniā aūt Rom. 11.
multi ex ouibus Chriſti iuxta carnem/confringendi erant propter ſuam incredulitatem, ſicut Paulus di-
cit: & multi ex gentibus venturi vt inſererentur vnde illi confracti ſunt: intulit dominus in conſequenti
bus: oues meę vocem meam audiunt: nec refert vtrum ſint Chananęi: Romani: Samaritę: Barbari aut
Scythę: ſerpētes vel terrę quadrupedia oſtēſa petro in viſione. Actu. 10. Et ego cognoſco eas: adde illud
illas omnes noui ex nomine. Exod. 33. Et ſegregabo eas ab hędis qui dicunt ſe eſſe iudęos & non ſunt: ſed
ſunt ſinagoga ſatanę. Apoc. 2. Et vitā æternam do eis id eſt dabo: et non peribunt in ęternum: quia etiam
ſi ſepties in die aberrent a grege (Prouer. 24) toties dominus ſupponit manum ſuam, & diligentibus de Ps. 36.
C um oīa cooperantur in bonum. Rom. 8. Et nō rapiet eas quiſq; de manu mea. Poteſt tamen ſatanas ſua-
dere dicens, cadēs adora me: & hęc omnia tibi dabo. Poteſt perſuadere, vt Iudas traderet dominum ſuū Matth. 4.
Poteſt expetere eum, vt cribret iuſtos ſicut triticum. Luc. 22. Item illud, mitte manum tuam & tange oīa Iob. 1.
quę poſſidet, rapere autem nō poteſt: nō poterit, nolēte domino Chriſto. Auguſtinus. Sed ſi nemo rape Auguſtiꝰ
re poteſt: quid poteſt lupus? quid poteſt latro? Nō perdūt niſi ad interitum prędeſtinatos. De illis autem 2. Tim. 2.
de quibus Paulus: Nouit dominus qui ſint ſui, de iſtis nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro occidit. Se-
curus eſt de numero earum, qui pro eis nouit quod dedit, hoc eſt ſeipſum pro eis dedit. Oues iſtę numero
ſunt ſeptem milia. 3. Reg. 19. De his omnibus dicitur quod de vna ex eis ſcriptum eſt, animam eius ſerua
animam illius caue, illam ſi lędis, lędis pupillam oculi mei. Zach. 2. Gregorius. Si enim totum Iob deſi- Gregorius
reret in manu aduerſarij bonus paſtor, homo quid eſſet? In ipſa ergo iuſticia permiſſionis ꝑmiſcetur quę
dam libra pietatis. Ita enim aduerſarij manibus traditur, vt tamen in intimis adiutoris ſui manu retinere
D tur, quia de iſtis erat, de quibus dicitur, nō rapiet eas quis de manu mea. Hieronymus ſuper Oſeę. Sed ſi Hierony.
non poteſt rapere oues de manu paſtoris, quomodo Iudas de manu dei proditione raptus eſt? Reſpō
demus nullum quidem poſſe rapere de manu dei poſſe autem eum qui tenetur propria voluntate de ma
nu dei excidere: ſicut dicitur, dimiſi eos iuxta deſideria cordis eorum. Sic excidit prodigus a domo pater-
na, Luc. 15. Et Cain abijt a facie dei, cum prouocaretur ad pęnitentiam. Genes, 4. Pater meus qui de
dit mihi maior omnibus eſt. Gręce: ho pater mu hos dedoke mi: mizon pantan eſ-
tin. Et nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ita legit & Caietanus. Dicens autem pater ꝙ
dedit mihi maximus omnium eſt, tali argumento probat neminem eſſe qui poſſit oues rapere de manu
patris, ꝙ potentior is ſit eripere. Quare? Quia nō tantum manus patris mei eſt vna & eadem cum ma-
nu mea ſed ego & pater vnum ſumus. Parum eſt autem ꝙ nemo poterit eas rapere de manu chriſti, imo
ſi fortior quis armato illo cuius poteſtati nulla ſimilis ſuper terram ſuperueniens, vicerit eum: oues quas
rapuerat de poteſtate eius eripiet, ſicut ſcriptum eſt: cum duabus turmis regredior, quas mihi per euāge-
E lium genui, cum ſeruirem ſeruiturem duram & longam apud Laban. Ad hęc ſciēdum ꝙ cum noſter tex-
tus dicat, pater ꝙ dedit mihi maius omnibus eſt, facilis eſt lapſus apud Gręcos. Nam ſi legas Mizō, ma-
ior ſonat: ſcribitur enim per. ω. mega. Sin legas Mizon per. o. micron, ſonat maius. Si legas/hos, ſonat, ꝗ
ſi legamus ho, ſonat, quod. Nos autem interpretati ſumus, pater qui dedit mihi (oues videlicet) maior &
maximus eſt omnium, & ideo &c. Alium textum qui communiter habetur apud nos ſequitur doctor
noſter. Require locum. Quod ſi legamus, pater quod dedit mihi: poteſt ſic exponi. Vnicum pręſidiū quod
dedit mihi pater meus ad tuendas oues meas (id autem poteſt intelligi eſſentia diuina quā filius accepit
ingeneratione

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

in generatione æterna a patre) id maius eſt ac potentius omnibus machinis: aculeis: tormentis quibus velut arietibus in[illegible]dus impugnabit oues meas; quia quod eſt in manibus meis. Idem eſt in manibus patris mei; & patet.

## Caput. ij. Continuatur dialogus. Ego & pater vnum ſumus, ſuſtulerunt lapides velut contra blaſphemum: & quod Chriſtus reſponderit.

EGo & pater vnum ſumus, ſuſtulerũt ergo rurſus lapides Iudei: vt lapidarent eum. Reſpondit eis Ieſus. Multa bona opera oſtẽdi vobis ex premeo: propter quod eorũ opus me lapidatis. Reſpõderunt Iudæi. De bono opere non lapidamus te: ſed de blaſphemia, accuſamus te de blaſphemia, & de tam enormi blaſphemia, & quia tu homo cum ſis: facis te ipſum Deum. His verbis dominus nõ ſolum Iudeorum reſpondet interrogationi præcedenti: qua dixerũt: dic nobis palam qui ſis: ſed & futurorum olim hæreticorum dãnat inſaniam: negatium Chriſtum dominũ Deum eſſe: Dei filium & idem pœnitus patri (excepto ꝙ filius eſt: hoc eſt a ſe non eſt: ſed a patre) quorum quia incertus eſt numerus: in præſentiarum tacenda eorum nomina iudicauimus: & maxime quia cum faſcibus errorum ſuorum æterno igni deputati ſunt. Cæterum dicens: Ego & pater: liberat te a Sebellio, qui vnam tantũ perſonam ponebat in Deo: ſicut vnã eſſen-

Sabellius. tiam: & hanc vnũ dicebat: nunc vocant patrem, nunc filium, nunc ſpiritum ſanctũ. Sed ſi pater eſt: Cuius eſt pater? ſi nullius: pater non eſt, &c. Dicens autem: vnum ſumus: liberat nos ab errore Arrij: qui

Exod. 20. gradus fecit in eternitate: cõtra edictum legis: tetres eſſentias ponẽs in ſuper benedicta trinitatem, quod

Arrius. autem lapides ſuſtulerunt: nemo miretur: lapidea enim ipſi corda geſtabant: & non ſimpliciter lapidea: ſed adamantina. Zach. 7. Vnde legem in lapide acceperunt primũ & ſecundo: vt ex dono intelligerentur

24. q. 3. ca. quales olim futuri eſſent: quæ tali munere donabantur. Quaſi igitur qui blaſphemus eſſet (huius au-

quidã vero tem lex lapidari iubet. Leui. 24.) Ad lapides currunt ſuatim: digni qui cum vxore Loth verterentur in

Ariani. ſtatuas ſalis. Et dominus qui docuerat nulli malum pro malo reddendũ, ſecreta ſua potẽtia impetũ illo-

Gene. 19. rum cohibens: placido ſermone (ſicut Dauid cythara ſua furorem Saul) Illorum amentiam corrigere ten-

Pſal. 16. tat dicens. In publicos prędones, parricidas: incẽdarios & id genus peſtes armari ſolet populi manus &

Hiero 78. ſæuire. Ego tantum beneficiorum contuli in vos, patre meo cooperante mihi: quantũ nemo alius (dicẽ-

Pſal. 105. te populo: nunquam ſic apparuit in Iſrael. Marci. 2.) docui enim ignorantes: paui eſurientes: dæmones expulit: contractos erexi: leproſos mundaui: oculus fuiceceis: mortuos excitaui: & cum de tota prouintia veſtra tam bene meritus ſim: Id gratis feci. Pecuniam aurũ ve aut veſtẽ nullius veſtrũ concupiui: ſicut ipſi ſcitis. Hæc cum ita ſe habeant: nunquid redditur pro bono malum: vt pro dilectione reponatis odium & lapides, pro tot in vos collatis beneficijs? Quo enim eos magis beneficijs de merebatur: eo illi magis pergebant eſſe quod erãt. Quare inquit male mere mini de fratre veſtro? Propter quod opus meum me vultis lapidare? De bono inquiunt opere non lapidamus te: quis enim id ferret? Sequimur autem auto-

Leui. 24. ritatẽ legis dicentis: Educ blaſphemum extra caſtra: & ponant omnes qui audierũt manus ſuas ſuper

Marci. 14. caput eius: & lapidet eũ populus vniuerſus. Et quare non ſeruaſtis hanc legem: quando dicẽte me: ego ſum Chriſtus filij Dei benedicti: reſpondit Cayphas: audiſtis blaſphemiam: quod vobis videtur? Ereſpondiſtis vna voce: reus eſt mortis: ad crucem tamen expoſtulaſtis? Sed hic quando nondum omnino

Gene. 49. mentes perdiderant: contenti erãt rigore legis: Ibi quoniã omnino obſordeſcunt ſicut aſpides (Maledictus furor eorũ quia pertinax) mortem cum prælegerunt quæ probroſiſsima erat omnium apud gentes. Non ergo de bono opere negocium tibi faceſsimus. Sed blaſphemiam quis ferat: qua dixiſti: Ego & pater vnum ſumus. Quis enim crederet (ſublata fide) alicui dicenti: ſe habere duos patres? Imo iuxta quod fides prædicat & docet, Chriſtus vnicum tantũ patrẽ habet: ſicut & vnicam matrẽ. Pater tuus inquiũt

Hebre. 7. apud nos eſt: quæ manuario opere victitat cum vxore ſua (magnum ſacramentũ) quis eſt iſte pater apator & ormetor: quo cum tu vnum eſſe te dicis? Et hoc dicens. Matrem tuam (immaculatã ſuper benedi-

Alexander ctam) traducis per populi ora: id quod ſicut & Alexander orbis domitor. De hoc igitur lapidamus te. Quod cum ſis homo: facis te ipſum Deum. Id tamen dominus Ieſus licet non dixerit: voluit tamen intelligi: ſicut ipſi intellexerunt. Ad hanc calumniam refellendam ita moderatus eſt reſponſum ſuũ dominus Ieſus: vt blaſphemiæ crimen deprecaretur: nec tamen negaret quod negare non debuit: quia nobis non ignotum eſſe voluit. Reſpondit ergo Ieſus. None ſcriptum eſt in lege veſtra: Ego

Pſal. 81. dixi dii eſtis: Si illos dixit Deos ad quos ſermo Dei factus eſt: & nõ poteſt ſolui ſcriptura (nec vnus apex) quem pater ſanctificauit & miſit in mundum: vos dicitis: blaſ-

Theophy. phemas quia filius Dei ſum. Senſus eſt iuxta Theophylactum. Si hi qui gratia deificationem acceperant: dij ſunt: & nemo illos criminatur: quomodo ego iuſte a vobis increpor: qui natura ſum Deus quem pater ſanctificauit: hoc eſt ſegregauit vt immolaretur pro mũdo? Poteſt ſic legi iſte textus. Si illos dixi Deos: ad quos ſermo Dei factus eſt: non læſa tamen vnius Dei maieſtate: & quod ſcriptum eſt falſificatis argui non poteſt, nõ poteſt negari aut deſtrui quin ſcriptura ſacra ſit Cum ſit a ſpiritu ſancto:

Matth. 5. Imo impleri neceſſum eſt vſq; ad extremum apicem: quomodo vos me quem pater ſanctificauit: Conceptum de ſpiritu ſancto in mundum mittendo, pro mundi ſalute (per quem factus eſt mundus) dicitis blaſphemare: eo ꝙ dixi. Ego & pater vnum ſumus? Si populus Iudaicus in quo multi erant rebelles & incredu-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

increduli indulgentia tamen & bonitate Dei:non filij Dei tantum appellatur:ſed etiam dij:cum ta- Deut. 32.
men dicat Deus:videte ꝙ ego ſim ſolus: quanto aptius & congruentius id nomen mihi aptare poſ-
ſum:quē pater ſanctificauit,& miſit in mūdum plenum gratia & veritate:Sed vnde probas: quod ſis
filius Dei natura:non gratia non adoptione ? poteſtate qua operor opera patris mei ſequitur enim.
Si non facio opera patris mei:nolite credere mihi. Si autem facio: & ſi mihi nō vul-
tis credere operibus credite: vt cognoſcatis & credatis: ꝙ pater in me eſt: & ego
in patre Quæ omnia expoſita ſunt. Et vide quomodo potentia Chriſti cohibentur: vt tenentes ſu-
blatis manibus lapides velint:nolint audiant illū loquentem,lapidatis me inquit,fere enim iam pro-
iecerant lapides in Chriſtum. Et ſi dicas ꝙ multi ex veteribus ſanctis fecerunt opera: quæ ſoli Deo
ſunt poſsibilia ſicut patet in Moſe: Helia:Heliſæo,&c̄. Dictum eſt alias:ꝙ omnia operabantur inuo
A cato nomine Dei:ſicut patet in multis locis ſcripturæ. Dominus autem Ieſus propria autoritate im-
perabat ventis & mari:& demonibus & febribus. Quod ſi aliquando præmiſit orationem:formam Matth. 8.
ſerui expreſsit: in qua minor eſt patre. Quomodo autem filius ſit in patre: (In principio erat verbū)
& pater in filio:fateor me ignorare: dicant licet doctores ꝙ per circum inceſsionem: cuius vim verbi
ipſe exponat:qui confinxit. Sciemus autem:quando dabitur videre eum ſicuti eſt. 1. Ioan. 3. Quære-
bant ergo eum apprehendere:& exiuit de manibus eorum. Et abiit iterū trans Ior- Ioan. 15.
danem in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primum:& māſit illic:& multi ve-
nerunt ad eum & dicebant. Ioannes quidem ſignum fecit nullum. Omnia autē quę-
cunq; dixit Ioannes de hoc vera erant. Et multi crediderunt in eum. Quod dominum
Ieſum quærebant apprehendere:id alias ſæpe tentauerunt:verum ſcriptum eſt: Cogitauerunt conſilia
quæ non potuerunt ſtabilire. Cœperunt autem,poſtquam dixit:Nazaræus ſum ex vtero matris meæ,
ferrum nunquā aſcendit caput meum:vires meæ nō ſunt in manibus ſed in capillis. Sacramētū hoc ma-
B gnum eſt. Iudi. 16. Cedens igitur dominus maliciæ eorū:quia nondum venerat horā ſua:abijt trās Ior- Iudic. 16.
danem:& manſit illic quaſi peroſus impios colonos ciuitatis illius in qua tantus ſanguis innoxius effu
ſus eſt. Ibi q; multi confluebant ad dominum Chriſtum:quorum animos fama eius,ſermones auditi:&
conſpecta miranda opera accenderant. Non enim hominibus tantum ſed & ipſis angelicis ſpiritibus
deſiderabilis erat pacificus Salomon:ſpecioſus forma præ filijs hominum. ps. 44. Dicebant autē quę cō 3. Reg. 10.
uenerant(quaſi commone facti a loco in quo Ioannes Baptizabat primū) conferentes Ioannem do-
mino Chriſto:(tubantibiſ; auemonem roſæ) Ioannes quidem in ſumma autoritate fuit apud populū ę
cum nihil aliud fecerit:q; ꝙ prædicauit & dedit baptiſma pœnitentiæ:miracula autem nulla (quod le-
gamus) edidit. Ieſus autem tot editis mirabilibus oſtendit quis eſſet: quid poſſet: etiam & quid noſ-
ſet:cum non ſemel molas Leonum confregerit in ore eorū:cui etiam idem Ioannes teſtimonium, non
ſemel perhibuit. Luc. 3. Ioan. 1. Si igitur inquiunt Ioanni nullum edenti miraculum fides a Iudæis habita Pſal. 57.
C eſt (qui maxime ſigna quærunt) quia vitam cæleſtem vixit in terris. Quanto magis huic fides eſt habē-
da:qui vitæ immaculatæ portenta miranda coniungit Quodq; dicit:omnia autem quæcunq;,&c̄. Sen-
ſus eſt. Et ſi parum ante hac creditum ſit Ioanni teſtificanti de domino Chriſto: tamen nunc res ipſa
loquitur:verum eſſe quod dixit Ioannes:Ecce agnum Dei,&c̄. Vnde his hinc inde collatis: multi cre- Prouer. 27.
diderunt in eum:ferrum enim ferro acuitur.

## Caput. iij. De Lazaro ægrotante fratre Marię & Marthæ:vſq; ibi:eamus & nos & moriamur cum illo:verba ſunt Thomę.

ERat autem quidam languens Lazarus a Bethania:de caſtello Ma- Ioan. 11.
rie & Marthę ſororum eius. Maria autem erat quę vnxit dominū ꝙ Maria
D vnguento:& extерſit pedes eius capillis ſuis:cuius fratre Laza- erat maior
rus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores ad eum dicentes. Domi- natu.
ne ecce quem amas infirmatur. Et ſi iuxta Philoſophū mors vltimū ſit om- Philloſop.
nium terribilium:quippe cum iuxta eccl. cap. 41. vel ſola memoria eius amara ſit,
homini maxime pacem habenti:non tamen eſt maximum: quoniam teſte Sene-
ca,tolerabilior eſt qui mori iubet:q; qui male viuere. Quid dicimus: mors nō eſt
maximū terribilium? Dicamus illud:quoniam iuſtus ſperat in morte ſua dicens:
Educ de cuſtodia animam meam. ps. 141. Nam & iuxta Apoſtolum ſi in hoc mundo tantum ſperantes Prouer. 19.
eſſemus:miſerabiliores eſſemus cunctis. 1. Cor. 15. Verum ſicut dicit Boetius,nihil melius æterna lex fe- Boetius.
cit:q; ꝙ cum omnium ſit vnus introitus ad vitam: ad mortem multi ſunt exitus. Quid eſt multi ſunt
exitus? Omnis mors aut eſt peſsima: aut eſt precioſa:de precioſa dicitur:amicus noſter mortuus eſt. Et
rurſus. Vadat Aaron ad populos ſuos. Num. 20. Et illud: Mortuus eſt Moſes. Iubēte domino. Deut. 34. 2. Nu. 9.
E De morte peſsima ſcriptum eſt:Mortuus eſt in infirmitate peſsima. 2. Parali. 21. Item illud igitur homi- Auguſti.
cida & blaſphemus peſsime percuſſus:& vt ipſe alios tractarat, peregre in montibus miſerabili obitu Lucæ. 16.
vita fructus eſt. Cæterum mala mors putanda non eſt:cuius vita bona præceſsit. Obſerua mortem pau-
peris Lazari:& diuitis Epulonis. Quantæ vero amentiæ eſt:qui Lupus vixit: mortem optare ouis: ſi-
cut dixit Balaam. Moriatur anima mea morte iuſtorum. Num. 23. Mors igitur illa ſola deprecanda eſt,
de qua dicitur:deſcenderunt viui in infernum. Verum quoniam nemo ſcit vtrum amore vel odio di- Num. 16.
gnus ſit. Eccle. 9. Quia & Paulus vas electiſsimū timet reprobari. 1. Cor. 9. Nemo mirabitur:ſi vir etiam

ſi ſit ius-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Ioan.21. ſi ſit iuſtitiæ oculus: mortē timet: Quia omniū vox illa eſt: nolumus expoliari ſed ſuperueſtiri. 2. Cor.5.
Petrus enim nolens ducitur: quo reuera ille ire volebat: ſed nō illo: id eſt, non per viam mortis. Parum
Matth. 26. eſt autem ꝙ ſancti & iuſti mortem timent: Etiam Ezechias: Etiam Hilarion: quando vita quæ morte
erat induta: ante mortē pauere cœpit: & tædere. Timebat igitur mortē Lazarus: amicus licet Dei eſſet:
quia licet amicus eſſet: homo tamen erat: vnde interpoſuit ſororum preces apud dominū Ieſum: per quarum os loquutus eſt dicēs: Ecce quem amas ægrotat. Alioqui durum eſt ſeiungi ab amicis: quod videre
licet in Noemi & Ruth. Sed veniamus ad caſum. Erat quidam languens Lazarus. Bethania oppidulum
erat: quod erat & patria Lazari & ſororū eiuſdem. In hoc igitur oppidulo caſtellum erat: ſiue arx: vbi
manebant vel habitabant Lazarus & ſorores ſuæ. Vtrum autem iſti tres fuerint domini iſtius oppiduli:
credat qui velit. Poteſt accipi caſtellum per appoſitionem: vt ſit idem Bethania quod caſtellū. Nam caſtellum ſignificat & oppidulum circundatum muro. Ibi ergo infirmabatur Lazarus. Quodq́ dicit: Maria erat quæ vnxit dominum: anticipando dicit Euangeliſta: Exponetur autem Ioan. cap. 12. Cum igitur
Lazarus graui morbo periclitaretur: ſorores fretæ familiaritate: qua fit vt amicus ſit alter ego: mittūt ad
illum manentē trans Iordanem: qui dicat: Ecce quē amas, &c. Theophy. declarat fidem quandam verbū
Theoph. hoc mulierū. ita enim multā domino eſſe virtutem cognouerunt: vt admirarentur quomodo infirmitate
laboraret vir ab illo dilectus. Admirationem enim quodammodo habere videtur: Ecce quē diligis ægrotat. Non igitur grauatim feramus: ſi boni & Deo amici viri morbo teneantur. Quem enim diligit dominus caſtigat. Mulier quædam occiſo filio: frenum equitantis Libertini monachi ſanctitate famoſi tenebat dicens cum iure iurando: non recedam nec dimittam: niſi filium meum excitaueris. Et ibi pugnabat
Libertin⁹. pietas ſyncere & iuramentum matris: & humilitas Libertini: ne inuſitata præſumeret. Et tamen vicit
charitas: equo deſcendit: genu flexit: orationem fudit: & puerum vitæ reſtituit. Si tantum potuit fides fœminæ præſumentis de ſanctitate vnius ſerui: quare non præſumerent bonæ ſorores hæ de potentia Chriſti: ad quas ſingulari amore ferebatur? Verum ꝙ mirantur de infirmitate amici Chriſti: mirari non debuerunt: quia Moſes amicus Dei & non vnus e vulgo. Num. 12. Cum ſanus eſſet: & optime valeret: audiuit: aſcende & morere. Deut. 32. Scriptum eſt autem: Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: poſtea acceleraverunt. ps. 15. Medicus enim ſapiens timens ne ægrotus incurrat febrem acutam: de induſtria deducit
Medicus. tritçon febrem remiſſam. Hoc eſt: Ne magnitudo reuelationum extollat me: datus eſt mihi ſtimulus: qui
me fragilitatis meæ commone faciat. Quid ergo dicunt? Ecce quē amas. Non enim amas & deſeris. Aut
quando amicos deſeris: qui pro inimicis obtuliſti preces cum lachrymis; Hebræ. 5. Ecce quem amas, poterant dicere: Ecce qui te amat: ſed amari a Chriſto fœlicius eſt, de quo tamen dicetur, Ioan. 21. Docentur
autem hoc loco: ne orantes: præſcribamus Deo modum auxiliandi. De quo vide Iudith cap. 7. & octaue
bene. Si vis inquiunt; ſcimus ꝙ poſsis: ſed vtrum velis: quia forte non expedit ei ſalutem conſequi: id eſt
tum dicimus. Ecce quem amas. Alexandro ægrotanti: & tamen ad pugnam proximam anhelanti: Phi-
Alexand. lippus medicus breui ſalutem potionibus pollicetur. interea ex caſtris a parmēione miſſa redditur epiſtola qua regem vt ab inſidijs Philippi caueret admonebat. Magnis enim largitionibus a dario corruptū
vt Alexandrum necaret. Quam vbi perlegit nemini indicatam: ſub puluino collocat. ingredientibus autem familiaribus ſimulq́ Philippo calicem cum potione ferente: Alexander tradita illi epiſtola: poculum
interpidus ac ſecurus accepit. Præcipuæ vero admirationis ſpectaculum erat: cum eo legente: hic poculū
hauriret: inde mutuo haud eodem ſe geſtu conſpicerent. Alexandri quidē erga Philippū amœna & aperta facies: beneuolentiam fiduciamq́ declarabat. Medicus autem ea percitus calūnia: nunc inuocatis numinibus obteſtatisq́: manus tendebat in cęlum: Nunc lectulo collabens: Alexandrū bono animo eſſe orabat. Paruo enim poſt tempore: priſtina ſanitate recepta: Macedonibus videndum ſe præbuit. Vidiſti fiduciam animi Alexandri de amico ſuo iam in multis probato? Hac igitur fiducia confiſæ beatæ hæ fœminæ: mittunt dicentes: Ecce infirmatur amicus tuus. Si dicas: quare ipſe eum non adierunt: vide ꝙ fœminæ erant: & plurimum fidebant Chriſto: & in luctu erant, & curam fratris deſerere non debuerunt.

Audiens autem Ieſus: dixit eis. infirmitas hæc non eſt ad mortem: ſed pro gloria
Dei: Vt glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autem Ieſus Martham & ſororem
eius Mariam & Lazarum. vt ergo audiuit ꝙ infirmatur: tunc quidem manſit in eodē
loco duobus diebus. Deinde poſt hæc dicit diſcipulis ſuis. Eamus in Iudeam iterū.

Hæc verba dicta ſunt nuntio miſſo a ſororibus Lazari, ſic profectus eſt: bonū euangelium reportaturus
prorsum fauſtis rumoribus. Hæc ſentētia: infirmitas hæc; Eadem eſt cum illa: neq́ hic peccauit, &c. Ioan. 9.
Et illud: Morte ſua clarificaturus erat Petrus Deum. ioan. 21. Ergo mors ſanctorum & infirmitates, &
iuſtorum flagella pro gloria Dei ſunt multoties: ſicut & interitus impiorum: dicente domino. Ego indurabo cor Aegyptiorum: & perſequentur vos: & glorificabor in Pharaone & in exercitu eius. Exo. 14.
Vide item Leui. Cap. 10. Non eſt igitur ad mortem infirmitas hæc: quia ſi mortuus fuerit: viuet. Dictum
eſt ad Ezechiam: Morieris & non viues: & tamen mortuus non eſt: Lazarus autem nō morietur: & tamen vere mortuus eſt: ſed vtrumq́ pro gloria Dei: quia ibi ſol retroceſsit decem lineis: hic autem excitatur
Eſa. 38. defunctus quatriduanus. Ad hæc Gregorius lib. 16. Mora. cap. 6. Sublati ſunt ante tempus. Iob. 22. Sic
Gregorius dum ꝙ creans & ordinans nos Deus: iuxta ſingulorum merita diſponit & terminum: vt vel inde malus
ille breuiter viuat: ne ... multis beneagentibus noceat: Vel bonus iſte diutius in hac vita ſubſiſtat: vt multis bonis operibus: ſe ipſū cotidie vincat. Vel rurſus malus longius differatur in vita vt praua adhuc
opera augeat: ex quorum ... tentatione purgati iuſti: verius viuant: Vel bonus citius ſubtrahatur: ne ſi hic
diu vixerit: eius innocentiam ... malitia corrumpat. Sapien. 4. Sed quantum libet iuſtus citius ſubtrahatur: explea...

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

explevit tempora ſua:tempora multa,duplicat enim dies ſicut Ezechias & Lazarus. Cæterum viri doloſi
etiam ſi dextra computent annos:& viuant vitam Sybillæ:dies ſuos nunq̄ dimidiant: quippe qui nunq̄
viuere incipiunt. Auguſt. Non eſt inquit ad mortem. Quod enim dominus ſine mutatione diſpoſuit fa- Auguſti.
cere:ſæpe retrahere ſimulat:vt partū vxoribus Abraę & Iſaac diſtulit,vt gratius foret:& dn̄s occaſiones
prę̄ſtat:vt quod ipſe alias donare cupit:indulgere rogetur. Si enim ea quæ non diſpoſuit aliquis ſanctorū
rogauerit:nullo modo fieri permittit:vt ꝙ Moſes terram promiſsionis ingrederetur. Deut.3. Et Apoſto- Pſal.54.
lus vt ab eo angelus ſatanæ diſcederet.2.Cor.12. Petentes non impetrarunt,de bono perſeuerantiæ. Im-
perator Paleolus ægrotus fere maiore anni parte:mirabili hac arte curatus eſt. Conſuluit Auguſta Hul- Paleolus.
douina maleficam ſuper hac re. Et illa inſana licet,ſanum tamen conſilium dedit Auguſtæ. Vir tuus in-
quit melancolicus eſt. Oportet igitur vt eum ſemel in hebdomada maximo quo potueris tædio afficias:
A & cōualeſcet. Cæterū vxor cotidianis moleſtijs ac tædio imperatorē adeo diuexauit: vt breui eundē ſa-
nitati reſtituerit. Vide ſecundo parali.cap.16. Quod autem dicit:diligebat dominus Martham,&c̄.domi-
nus quidem Ieſus omnia diligit:ſcriptum eſt tamen:hic eſt diſcipulus ille quem diligebat Ieſus. Dominus Ioan.13.21.
autem frequentur hoſpitabatur apud Martham & Mariam:& propter hanc familiaritatem & amorem
affectus quem ad cæteros non oſtendebat:quorum non terebat limina: dicit euangeliſta:diligebat Ieſus
Martham,&c̄. Vt ergo audiuit ꝙ infirmabatur:manſit ibidem biduum,haud quidem negligens amici pe
riculum,ſed expectans oportunum tempus:vt poſſet vita donare:vt diceretur a circunſtātibus: Ecce quo-
modo amabat eum. Deus enim frequenter donat nobis maiora: Cum interim minora non concedat ſicut
dicit Chryſoſto. De quo plena eſt ſcriptura. Paulus rapitur in tertium cælum: & orans pro ſtimulo non
auditur. Moſi oſtendit dominus faciem ſuam. Exo.33. Tranſitum in terrā promiſſam non conceſsit. Pec- Chryſoſt.
catorum remiſsionem vnicæ lachrymæ donat;mortem redimere temporalem nulli conceſſum eſt:de iure
communi. Poſt hæc ergo dixit diſcipulis ſuis Eamus in Iudæam iterum. Quod præter morem ſuū dicit:
B Eamus vnde pręuidebat eos turbandos:Ideo fecit,quia minus iacula feriunt,quæ præuidentur. Ita enim
diſcipuli animum deſpondebant:& mente conſternabantur,audito nomine iudeæ: (ſed homines erant)
ſicut Ananias audito nomine Sauli. Actu.9. Namq̄ & Helias a voce vnius fœminæ fugit qui vultū Re-
gis non formidarat. Audi autē ipſos loquentes. Dicunt ei diſcipuli. Rabbi nunc quærebant te
Iudæi lapidare:& iterum vadis illuc? Hoc eſt quod dicitur in prouerbio,ſciens & prudens manū
mittis in ignem,ſcriptum eſt autem:qui amat periculum incidet in eo. Si igitur excidit tibi quoties lapi- Prouerb.
des ſuſtulerint contra te Iudæi:vel nunc commone factus:muta in melius conſilium, quod eſt viri ſapiē- Eccle.3.
tis. Audi Dauid parentem tuum, Aliquando incidam in manus Saul qui nullum non mouet lapidem vt
me capiat. Melius eſt vt fugiam & ſaluer in terra paleſtinorum,&c̄. Reſpondit Ieſus. Nonne.12.
ſunt horæ diei?(His emeria enim erat) ſiquis ambulauerit in die non offendit:quia lucem Pſal.re.21.
huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte: offendit: quia lux non eſt in eo.
C Hac autem ſimilitudine dominus leuauit timorem eorum inanem. Quid eſt inquit ꝙ illuc trepidatis ire:
habentes vobiſcum veram lucem? Si lux ſum mundi:ſequimini lucem,nolite præire. Omnia tempus ha-
bent. Veniet & nox,de qua dicitur:hæc eſt hora veſtra ad poteſtas tenebrarum: & tunc fuga prouidebi- Lucæ.22.
tis vobis. Me qui ſol ſum mundi non magis apprehendent nolentem,q̄ ſiſtere poſſunt ſolem iſtum ocu-
lis viſibilem a curſu ſuo. Quis eſt ergo qui in die ambulat? Qui ſequitur Chriſtum: & obſequitur Chri-
ſto. Quis ambulat in nocte? qui ſcapulas vertit ad lucem veram:& ſolem orientem adorat. Ezech.8. Po- Ioan.10.
teſt & hic eſſe ſenſus. Homines cum nunq̄ diutius in eodē velle permaneant:heri ſi male ſtatuerunt: ho-
die cras & perende in melius corrigere poſſunt. Nam vt de cæteris interim taceam:quidam miſsi a Pha
riſæis:vt me comprehenderent:reuerſi ſunt re infecta,dicentes, capere volentes, capti ſumus. Nunq̄ ſic Ioan.7.
loquutus eſt homo. Verba habet vitæ æternæ. Nōne inquit duodecim ſunt horæ diei? Faber. Sicut nemo
poteſt diem protrahere vel curtare pro libitu ſuo : ita de me intelligite qui ſum lux & dies mundi huius Ioan.6.
ſequitur. Hæc ait:& poſt hęc dixit diſcipulis ſuis. Lazarus amicus noſter dormit:ſed
D vado vt a ſomno excitem eum. Dixerūt ergo diſcipuli eius. Domine ſi dormit: ſal-
uus erit. Dixerat autem Ieſus de morte eius, illi autem putauerunt ꝙ de dormitione
diceret. Notandum verbum, Lazarus amicus noſter. Ita dixit Theophraſtus. Si res amicorum commu-
nes:maxime conuenit:vt amicorum item amici ſint communes:vetus enim verbum eſt:amicorum com- theophra.
munia omnia. Ex hoc autem prouerbio Socrates colligebat: omnia bonorum eſſe virorum: non ſecus q̄
deorum. Deorum inquit ſunt omnia:boni viri deorum ſunt amici(amicus noſter Lazarus) & amicorum
interſe communia ſunt omnia:bonorum igitur virorum ſunt omnia . Huic ſententiæ aſtipulatur Paulus 2.Cor.6.
dicens. Tanq̄ nihil habentes: & omnia poſsidentes in Deo. Et omnia poſſum in eo qui me confortat. Philip.4.
Vnde cuidam dicenti habeo domi arma multa:& ego reſponſum eſt:amicos multos. Lazarus inquit dor
mit. Mors enim a morte & cruce Chriſti in ſomnum verſa eſt:dicente Paulo verbum vnū:nolumus vos
ignorare de dormientibus,vt non contriſtemini,ſicut cæteri qui ſpem non habent. 1.Theſ.4. Dormient
E autem qui mortui ſunt,donec excitentur a tuba cæleſti:de qua Paulus.1.Cor.15. Et tunc cantabimus cā-
ticum illud,vbi eſt mors victoria tua? Ibi apoſtoli, ſi dormit amicus noſter. Saluus erit: imo ſi dormien-
tem excites:damnum infers,non obſequeris. Somnus enim in ægrotante vt in pluribus ſignum eſt bonæ
valetudinis. Id autem apoſtoli replicant:quia omnino ſubterfugiebant redditum in Iudæam:vbi non ſe-
mel de vita periclitati fuerant cum magiſtro. Videntur autem diſcipuli ſatis rudiores: vt qui putarent do-
minum tantum viæ inſumere velle:vt excitaret dormientem Lazarum amicum licet,cum ſorores ſuæ ad
eſſent & domeſtici,qui excitare poſſent dormientem,ſi res ferret:ſi saluti eius conduceret. Dixerat autē
Ieſus

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

Ieſus de morte,&c. Cæterum dominus paulatim præparabat animos eorũ ad miraculi imminentis intelligentiam & contemplationem. Dormientem autem vocat Lazarum iuxta conſuetudinem ſcripturæ, quæ mortuos dormientes vocat. Vnde verbum illud frequens in libris regũ: dormiuit cum patribus ſuis. Item Danie.12. Multi qui dormiunt in terræ puluere. Et illud, in pace in id ipſum dormiam. Itẽ dormientem

Pſal. 4. appellat: quia erat in ſinu Abrahæ, & nondum fruebatur viſione beata. Tunc ergo Ieſus dixit eis manifeſte. Lazarus mortuus eſt eodẽ momẽto quo ergo dixit verba hæc & gaudeo (propter vos: vt credatis:) quia non eram ibi. Sedeamus ad eum. dixit ergo Thomas qui dicitur didimus ad condiſcipulos. Eamus & nos & moriamur cum eo. Quid eſt autem gaudeo propter vos? Hoſpites tuæ mœrore confectę ſedent ſolitariæ orbatæ tanto fratre. Ecce vnico: & tu gaudes? Vnde ergo dictum eſt. Ecce quomodo amabat illum? Philippus pater Alexandri Eu-

Philippus parchi Euboenſis mortem grauiter tuliſſe fertur, ac quodam dicente. Attamen ille maturus diſceſſit, ſibi F quidem ipſi inquit: ſed mihi cito. Ante nanq; mori properauit: quàm dignam noſtra amicitia gratiam a me reciperet. Sed hæc dixerit rex iſte, dicant & omnes principes terræ: qui ſicut in malis ita & in bonis poſt morten non habent amplius quid faciant: domino autem cui omnia viuunt nullus amicus cito moritur, poteſt enim abundantius retribuere poſt mortem: quàm dum viuitur in hoc ſeculo nequam: in quo moriendum eſt. Hoc autem dicens: non illud intelligo, quòd potentior ſit Deus in vita functis: quàm in viuentibus vtrobiq; enim omnium potentiſsimus eſt, & viui & vita functi corpus & animam poteſt perdere in gehennam, & poteſt donare immortalitate & beatitudine. Lazarus inquit mortuus eſt, Conſtitutos enim terminos vitæ nulli præterire licet. Iob.14. A tropo precidente filum: vt more poetarum loqua-

Matth.10. mur, ponunt enim poetæ parcas tres. Lacheſin: Clothon: Atropon: tribus enim temporis differentijs vita noſtra menſuratur; pręterito: pręſenti: futuro. Lacheſis dicitur a verbo. Lagchano quod eſt ſortior, Clo- G

Parcæ. thos a verbo: Clotheo, id eſt. Circũuoluo. Athropos autem in conuertibilem ſignificat. Vnde illud: dum adhuc ordirer telam Penelopes longiſsimam: Athropos ſuccidit me. Et illud Iob. 7. Dies mei velocius

Eſai. 38. tranſierunt: quàm a texente tela ſucciditur. Polymitario ſiquidem dormiente vel ceſſante ab opere: tela non creſcit: vita autem hominis in continuo motu eſt ideo velocius Athropos pręcidit telam vitæ noſtræ: quàm textor abſoluit opus ſuũ. A Gellius ita dicit lib.3.cap.16. Quia nouo menſę & decimo partus fœminarũ vitales eſſe ſolent: neq; præter eos partus earum ſecundum naturalem fieri exiſtimauerunt Romani: idcirco eos nomina parcis tribus feciſſe aperiendo (vt ſit parca quaſi parta) & a nono atq; decimo menſe. Quod ſi aliquando repertæ ſunt fœminæ. Peperiſſe octauo ſeptimo aut vndecimo menſe: Romani tamẽ iuxta Varronem non receperunt huiuſmodi quaſi monſtroſas raritates. Sunt igitur tria nomina parcarũ videlicet, nona decima mortua Mortua autem vocatur vna: quia partus octimeſtris non fere vitalis eſt. Parca igitur a partu dicitur: quòd in eo fata legant longioris vitæ vel breuioris. Itaq; cũ dicit dominus: gaudeo propter vos: non gaudet de morte amici: ſed propter vos: vt credatis: quia non eram ibi. Nam ſi eo preſente conualuiſſet ægrotus, poterat caſus videri: & magis ope medicorum quàm voluntate mea vita donatum. Si autem quàm primũ exiſſet hominem, interpellantibus ſororibus excitaſſem: ſicut factum eſt in fi-

Matth. 9. lia Archiſynagogi Phariſæi qui nihil non calumniabantur: Etiam in iunco nondum quærentes cauſam poterant: ſtuporem fuiſſe aut extaſim, non mortem. Nunc cum mors ſit certa, per eã clarificabitur filius Dei: & vos credetis me eum eſſe: cui omnia viuunt: & mortem apud me nihil aliud eſſe quàm ſomnum: & ſi quid leuius dici poteſt De hoc igitur gaudet; quòd fides apoſtolorũ quæ adhuc infirma erat & vacillabat, fulcienda erat ac roboranda viſo tanto miraculo. Sicut autem dicit Plinius lib.28. cap. 6. Augurium ex homine ipſo eſt non timendi mortem in ægritudine, quandiu oculorum pupillæ imaginem reddant. Pupilla autem oculorum noſtrorum Deus eſt: imo nos ſumus pupilla oculorum Dei. Zach.2. Signa autem

Plinius. mortis ea ſunt vel præcipua, ſi ad aſpectum auditumq; ſine cauſa morbo affectus fugit. Si album oculorum glauceſcit. Si ſemi apertis dormit oculis, ſi reſupinus iacet. Si præter decorem membra detegi non curat: ſi in ſomno dentibus collidit. Adhæc ſtragulæ veſtis plicatura. Motus arteriarum denſus ac minutus & ſi quando pupilla non videtur in oculis. Signa vitæ dentes frequentes, & linea per mediam palmã deducta. Adhęc Auguſtinus. Mors iſta quæ omnes manet: quanq; de primo peccato veniat, tamen quia

Auguſt. ita nati ſumus: vt neceſſario moriendum ſit, accelerata quibuſdam eſt vtilis, iuxta illud: raptus eſt ne malitia

Sapien. 4. mutaret intellectum eius. Vt autem ego arbitror omnibus amicis Dei vtilis eſt. Diſſolui enim & eſſe cum Chriſto melius eſt. Phil.1. Quo autem iudicio Dei vel miſericordia fuerit ſi rogata vel filijs Achã vel illis.16. Viris, qui propter peccatum eius ceciderunt in bello: cum omnes ab eius peccato fuerint alieni

Ioſue.7. latet apud deum, apud quem non eſt iniquitas. Dicebat autem Aeſopus: quòd mors eorum grauior eſt: qui in fœlicitate moriuntur, cui conſonat illud ex Eccle.41. Amara eſt memoria mortis, &c. Hanc autem ſen-

Aeſopus. tentiam impugnat Plutar. Dicens. Ea mors potius mihi beatiſsima videtur: cum intutiſsimũ locum egregia ſua facinora locauerint: neq; permiſerint ſe a fortuna ipſa ſuperari. Quapropter optime Laconi

Plutarch. qui cum ſalutaſſet victorem in olympo Diagoram, habentem filios coronatos & nepotes ex filio filiaq; inquit. Moriendum eſt o Diagora, ne alias in olympum aſcendas. Hæc ſententia Plutar. Vera eſſet, ſi mo-

Diogenes riens dicere poſsit cum Paulo, bonum certamen certaui, &c. Supereſt vt reddatur mihi corona [illegible] Alias omnis mors peccatorum peſsima eſt. Andronicus Imperator biennium rebus præfuit: omnium

2.Tim.4. opinione imperio [illegible] inſitam ſæuitiam iauiſus. Tandem ab Iſacio angelo præter ſuam omniumq; opinionẽ [illegible] turbæ vulgi [illegible]

Androni. captusq;: ac per vrbem Camelo inſidens circunuectus: manu abſciſa: oculoq; effoſſo multu laceratus perijt: ſed non amicus Dei. Alexandri mortem Aſclepiades primus omnium Athenienſibus

Alexãder. nunciauit: cui Demades credendum eſſe negabat; quia tanti odore cadaueris primo die impleri orbem terrarum [illegible]

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

par fuerit. Sed & iſte in peccatis mortuus eſt. Hæc eſt autem vera in diuos relatio ſanctorum. Amicus
noſter mortuus eſt. Dicit autem. S. Thomas quol. 9. q. 8. ꝙ canonizatio, eſt media inter credibilia & tem- Thomas.
poralia, ideo pie creditur eccleſiam non errare circa hoc. dixit ergo Thomas qui dicitur dydimus. Eamus
& nos, vt moriamur cum illo. Magis feruoris impauidiq; animi verba ſunt iſta. Caiet. Thomas Hebrai-
ce abyſſus interpretatur. Vbi enim habemus nos Gene. 1. tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, pro abyſſo,
nomine Græco, Hebraice eſt Thehmoth, quod nomen inflexum dicitur Thomas. Thomas Hebraice,
Græce dicitur dydimus. Dydimus Græce: Latine dicitur geminus vel gemellus. Hic igitur cæteris apoſto
lis imbecillior: Eamus inquit & nos ſtulti & inſipientes & non curantes propriam vitam, vt moriamur
cum illo. Eſto inquit ipſe vitam ſuam non magnifaciat (ſecus expoſuit Caietanus:) nos autē cur ita ſtulti Theophy.
A eſſemus? Formidoloſi & imbecillis animi verba ſunt iſta. Chryſo. Hic Thomas nec in Iudæā æquo ani-
mo cum Chriſto proficiſci patiebatur, cum periculum intelligeret, ſed eamus inquit, ægre ferens mortis Chryſoſt.
expectationem, tantus erat timor mortis ante mortem vitæ. Nam ſepulto grano frumenti, & fructū affe
rente, ibant apoſtoli gaudentes ad mortem. Actu. 5. qui in præſentiarum tam pauidi ſunt & trepidi ad no
men Iudææ, ad nomen Goliæ ad nomen Herculis, iuxta Prouerbium: Timidior es proſpiciente. Si itaq; Ioan. 12.
inquit ita ſtatuit animo proficiſci in Iudæā, fiat voluntas eius, eamus & nos vt ſimul moriamur. Certe ſi Prouerb.
libet, licebat vtrorunq; ſaluti conſulere. Eamus igitur & nos, & tollat vnuſquiſq; noſtrum crucem
ſuam, & ſequamur vitam, quæ mori neſcit, dicentes cum Paulo, Chriſto confixus ſum. Gala. 2. Qui au- Matth. 16.
tem vitam ſequitur, a morte incomprehenſibilis eſt.

Caput. iiij. De eodem vſq; ibi, ſurrexit Maria vt occurreret domino: &
B quidam opinati ſunt ꝙ iret ad ſepulchrum vt ploraret.

Enit itaq; Ieſus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumēto ha-
bentem. Erat autem Bethania iuxta hieroſolymam quaſi ſtadijs. 15.
Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam vt conſo-
larentur eam de fratre ſuo. Martha autem vt audiuit: ꝙ Ieſus venit,
occurrit illi: Maria autē domi ſedebat. Venit ergo vita, vt fugaretur mors.
Quod autem inuenit Lazarum quatriduo iam ſepultum, ſi potentiam Chriſti attē-
das, nō refert quatriduo an decēnio iam ſepultus ſit. Ipſe enim vocauit Ionam poſt
triduū & egreſſus eſt ſanus & bene paſtus, & quaſi toto illo triduo in delitijs fuiſ-
ſet. Dicitur tamen ad commendationem miraculi, a nudius quartus ſepultum fuiſſe
C Lazarū. Erat autem Bethania, &c. Stadium ſpaciū eſt. 125. pedum ſunt ergo ſtadia. 15. pedes. 1875 Hinc au Ionæ. 2.
tem diſcipulorum trepida illa formido & timor pluſq; ſeruilis, ꝙ nō pluſq; bis mille paſſus Bethania ab
eſſet ab Hieruſalem, quæ occidit prophetas. Sed & hinc occaſio oblata eſt, vt miraculum plures haberet
oculatos teſtes. Multi enim venerant ex Iudæis Hieroſolymitanis, vt cōſolarentur Marthā & Mariam,
vt impleretur illud Rom. 12. Gaudete cū gaudētib9 & cū flentibus flete. Plutar. Lyciorū legū latorem ſuis
præcepiſſe ciuibus ferunt, vt quoties in luctum incidiſſent, veſte induti muliebri lugerent, cum iudicare Lycij.
vellet eiuſmodi affectum muliebrē eſſe. Syri & Aegyptij ſcrobes ſubeuntes, plures ibi dies immorantur,
nec ſolis lucem cernere exoptant, cum is qui diſceſſerit, ipſa priuatus ſit. Barbarorū autem quidam partes
etiam corporis ſibi abſcidunt, nares videlicet & aures, reliquū quoq; corpus plectentes, dum ſe de functis
gratificari arbitrantur. Et forte hoc eſt quod Iudæi prohibentur Deut. 14. Non vos incidetis, nec facietis
caluitium ſuper mortuo, vt non contriſtemini ſicut cæteri qui ſpem non habent. Vide Hiere cap. 16. Cæ-
D terum Albani referente ſtrabone, mortuorum meminiſſe, aut curā illorū habere, nefas dicunt. Nam cum Albani.
mortuis pecunias defodiunt, idcirco pauperes viuunt, cū patrimonium nullū habeant. Nabathæi Cada- 1. Theſ. 4.
uera æque atq; ſtercus abiectiora abijciuntur. Quapropter reges etiam in ſtercore defodiūtur vt heraclitus
inquit. Nec ſaniora ſunt quæ apud noſtrates fœminas fiunt, inuertunt enim friuolaria, vel tollunt, domū Nabathæi
ſordere ſinunt, anno integro non verrentes ſtragula deijciunt & parietes nudant. Lineā quam ſemel in-
duūt, nunq; exuunt, donec penitus ſciſſa ſit, domo nō egrediuntur, & multa huiuſmodi vana. Venerunt
igitur multi vt cōſo. Martham, &c. Martha autē vt audiuit ad eſſe vitam animæ ſuæ, occurrit illi: Maria
ſedente domi. Quemadmodum & Petrus audito ex ore Ioannis, dominus eſt, non ſuſtinuit nauis mo- Ioan. 21.
ram, ſed miſit ſe in mare. Quomodo alias dictum eſt, ad me declinabis domine, quia mercede conduxi
te. Geneſ. 30. Maria autem domi ſedebat mærore confecta, erat enim forte affectus tenerioris. Di-
xi ergo Martha ad Ieſum, domine ſi fuiſſes hic: frater meus non fuiſſet mortuus,
E ſed & nunc ſcio, ꝙ quæcunque popoſceris adeo, dabit tibi deus, dixit illi Ieſus re-
ſurget frater tuus. dicit illi Martha, ſcio ꝙ reſurget in reſurrectione i nouiſſimo die.
Dicit ei Ieſus. Ego ſum reſurrectio & vita. Qui credit in me, etiam ſi mortuus fue-
rit, viuet. Et omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum. Credis hoc?
Ait illi. Vtique domine. Ego credidi ꝙ tu es Chriſtus filius Dei viui, qui in hunc
mundum veniſti. Domine inquit (id autem non ſiccis oculis dixit, fœmina enim erat) peccatis noſtris
actum eſt, vt ab eſſes (qui nuſq; nō ades) infirmante amico tuo: fratre noſtro. Quādo enim mors locum
haberet, te præſente? Alioqui diceremus quod vidua illa apud quam Helias hoſpitabatur, ingreſſus es ad
nos, vt interficeres fratrem noſtrum. 3. Reg. 17. Si enim tantæ clemētia fuit Cæſar, vt id ſemper obſeruatum Cæſar.
ſit: ne quoties introiret vrbem, ſuppliciū de quoq; ſumeret, cū id imperator pro ſua in populum clementia
laturus non fuerit, quanto magis tibi proprium eſt miſereri eorum, qui de te vtcunq; bene meriti ſunt?



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Et tamē inquit Martha ſollicita, non omnino deſpodimus animum, nec res ipſa extra ſpem eſt, ſcio enim & nunc ꝙ quæcunq; popoſceris adeo, dabit tibi deus. Nec refert vtrum mortuus ſit frater meus: ſepultus & olens: & in cinerem cadaueri eius redactum, illud habeo exploratum, quæcunq; petieris, impetrabis. conſidera Martiæ prudentiam, nō ſtatim in lachrymas & clamores proruperunt, viſo domino, ſicut noſtrates fœminæ faciunt ſed moderantes dolorē, rē ſub oculos Chriſti penūt. Martha enim os erat Mariæ. Fœmina hæc beata nondū plene edocta erat de potentia Chriſti: primūquidem quoniā dixit, ſi fuiſſes hic. Centurio autem pręſentiā domini non requiſiuit, ſed dicit verbo inquit & fiet: hæc autē ſi fuiſſes hic, Chriſtus autē dominus nuſꝗ abeſt. Secundo quæcunq; inquit popoſceris, cum dicere debuerit: quæcunq; iuſſeris vel volueris, fient: quomō dixit centurio, dic verbo, & ſanabitur puer. Matth. 8. Martha tamen verbū magnæ fidei protulit dicens: Quæcunq; popoſceris: impetrabis. Vnde dominus in conſequentibus quaſi alludens verbis Marthæ, pater inquit ſcio ꝙ ſemper me audis. Itaq; diſtulit Chriſtus venire, vt interim vulgaretur mors Lazari in Hieruſalē, ſic Iudęi conueniētes ad leniendū dolorem ſororum, teſtes fierent tanti miraculi. Dixit ergo Martha. Videns fratrē vita functum ante Chriſti aduentū, & veracē credens conferendo hinc mortem fratris ſequutam, inde verba Chriſti, neſciuit melius dicere, ꝗ explicare ſortem ſuam malam ex abſentia Chriſti, & ſubiungere, ꝙ indubia credit, quod quæcunq; popoſcerit, &c. non ꝙ per hoc intenderit petere aut credere futuram in præſentiarum fratris reſurrectionē in ſpecie, ſed iteri in genere integrā in ipſo & verbis eius quę non intellexerat fidem. Remunerans igitur dominus fidem Marthę, reſurget inquit frater tuus. Verum quoniam quæ ſumme deſiderantur, etiam cum adſunt abeſſe putantur, ita mulier religioſa & fidelis cum audiuit de reſurrectione fratris, id ego inquit certo ſcio futurū ſed in nouiſsimo die, ſicut teſtatur & Iob. Cap. 19. Nam quoniam nuntiantibus ſibi infirmitatem Lazari, ambiguo reſponſo dominus Ieſus ſefellit ſpem ſororum, dicens, infirmitas hæc non eſt ad mortem: & tamen vere mortuus eſt, ita timuit hoc loco Martha, ne in verbis iſtis, reſurget frater tuus, aliquid lateant arcani, quo ſpem eius deliniret & eluderet. Illud obſeruandum, ꝗ certo mulier hæc loquitur de myſterio reſurrectionis, quæ celebrabitur in nouiſsimo die. Dominus autem vt fidem fœminæ plenius erudiret, & oſtenderet ſibi opus non eſſe precibus ad impetrandum, quod quibuſdam ſanctis donatum eſt, videlicet vitam donare defunctis, autore Deo, ſed ſeipſum eſſe omnium bonorū fontem, omniū donorum datorem: ego inquit ſum reſurrectio & vita, hoc eſt: ego ſum qui mortuos reuoco ad vitam, & viuentes iubeo mori. Num. 20. Deut. 34. Credis inquit, quod quæcunq; popoſcero, impetrabo. Credis ꝙ frater tuus reſurget cum cæteris in nouiſsimo die, crede igitur & hoc, omnes qui reſurgent in nouiſsimo die, me iubente reſurrecturos, qui ſum autor reſurrectionis, & vitæ cōditor. Ac pro inde qui credit in me fide quę per dilectionem operatur: etiam ſi mortuus fuerit, viuet vita & æterna & beata, mecum qui ſum reſurrectio & vita.

Gala. 5.

Martha, credis ne me poſſe patrare quod promitto? Martha autem iam concepta ſpe pleniore de reſurrectione fratris, non admodum ſapienter reſpondit ad verba domini, dicens. Vtiq; domine. Ego credidi tu es Chriſtus, &c. Dixerat dominus, Ego ſum reſurrectio & vita, cui omnia viuunt, illa autem com dio loquuta eſt dicens. Ego credidi ꝙ tu es Meſsias ille in lege nobis promiſſus. Faber. Hæc fides quo modo ratio & cauſa erat, cur nunc credidiſſet, ꝙ reſurgeret frater ſuus, nulla prorſus intelligētiæ fa dagine in omnibus quæ dixerat. Sed cum audiſſet, credis hoc, licet non intellexerit verba Chriſti, ego inquit credidi ꝙ tu es Chriſtus, & per conſequens verba tua veriſsima eſſe. Sic vna fides alterā parit & adiuuat. Hæc autē dicens Martha, non propterea explicite in ſpecie credidit Ieſum eſſe deū, qui creauit cœlum & terram, ſed credebat explicite in ſpecie Ieſum eſſe illum Chriſtū, qui prophetatus eſt venturus in mundum. Vnde illud adiuro te per deum viuū, ita ꝙ per hoc quod dicebant Chriſtum filiū Dei, non intelligebant ſecundam perſonā in trinitate, ſed excellens donum diuinæ gloriæ. Caietanus ſequitur. Et cū hæc dixiſſet, abijt & vocauit Mariam ſororem ſuam ſilentio, dicens. Magiſter adeſt & vocat te: illa vt audiuit, ſurrexit cito, & venit ad eum. Nondū enim venerat Ieſus in caſtellum, ſed erat adhuc in illo loco: vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erant cum ea in domo, & conſolabantur eam: cum vidiſſent Mariam cito ꝙ cito ſurrexit & exijt, ſecuti ſunt eam dicentes: Vadit ad monumentum vt ploret ibi. Spe igitur maiore concepta de reſurrectione fratris, domum redit, & ſorori rem lætiſsimam in ſuſurrat in aurem. Dies iſte boni ominis eſt, magiſter adeſt, & vocat te, ſurge & aperi dilecto tuo, qui ante iudex interpellatus, tuus factus eſt patronus. Vocauit autem Martha ſororem ſilentio propter Iudæos adſtantes qui non omnes recte ſentiebant de doctrina Chriſti. Nam reuera Iudæi qui officij cauſa venerant dolentes vicem earum ſurgentem Mariam commitati ſunt, putantes ꝙ erumpente vi doloris, feſtinaret ad monumentum, vt ibi lamentis ſaciaret animi mœrorem, nunꝗ eam comitati fuiſſent, ſi ſcirent ꝙ pergeret obuiam domino Chriſto. Ita ergo iſti qui conſolandi gratia venerant ad Martham & Mariam volentes vel inuiti teſtes facti ſunt miraculi omnium longe famoſi.

Faber.

Luce. 10.

Caput. v. Concluditur tota hiſtoria: quomodo Lazarus ad vocem Chriſti excitatur. & prodijt cum toto ornatu ſepulchrali, iubetur ſolui, & abire ſinitur. Quidam ex his qui viderant, abierunt ad Phariſæos: narrantes quod factum fuerat.

N

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

NAm Maria cũ veniſſet vbi erat Ieſus, vidẽs eũ: cecidit ad pedes e-
ius dicẽs. Dñe ſi fuiſſes hic: fratre meus nõ fuiſſet mortuus. Reuera
poterat Lazarꝰ mori etiã pręſente Chriſto, ſed tamẽ iuxta myſteriũ id nunq̃ ſu-
ſtineret dñs Ieſus: q cũ Nazareꝰ eſſet ex vtero matris ſuę, ſi eo pręſente moreret La-
zarus, irrita fieret cõſecratio Chriſti. Hoc diximꝰ iuxta myſteriũ. Alias q flexꝰ eſt
ad miſericordiã lachrymis vnius viduæ, vt excitaret adoleſcentẽ: nõne multo ma- Num. 6.
gis flecteref õcibꝰ adiũctis lachrymis tã chariſſimarũ hoſpitũ, vt vitã conſeruaret
fratris vnici, amici & ſui? Cęterũ Maria, eadem fidei fragilitate laborabat qua & Lucæ. 7.
Martha, cũ dicit, dñe ſi fuiſſes hic. Et ipſa eni pręſentiã domini regrebat, & patet. Sero inquit ades, & vt
A dicit, poſt bellũ auxiliũ. Nõ eni ſubiecit Maria qđ Martha intulit, ſed & nũc ſcio ꝙ quæcũq; popoſceris
adeo, &c. Ex quo videtur ꝙ oĩno deſpõderat animũ Maria, niſi forſan dicas verba eius interciſa ab im-
petu lachrymarũ. Sequitur enim. Ieſus ergo vt vidit eã plorantẽ: & Iudæos qui venerãt cũ
ea plorãtes: infremuit ſpiritu, & turbauit ſe ipſum & dixit, Vbi poſuiſtis eũ? Dicũt
ei. Dñe veni & vide. Et lachrymatus eſt Ieſus. Dixerũt ergo. Ecce quomõ amabat
eũ. Cũ igitur ad eſſet tẽpus implẽdi quę Marthę ſpopõderat, primũ infremuit ſpũ, dolẽs mortẽ ingreſſã 13.q.2.C.ꝗ
in hõie inuidia diaboli, & ſemetipſum turbauit, humanę naturę veritatẽ pręſe ferẽs, mox diuinę potẽtię diuina.
inditiũ euidentiſſimũ platurus. Cęterũ qñ tẽpus flẽdi & tẽpus ridendi: riſiſſe dominũ nuſq̃ legimus: la- Sapien. 2.
chrymaſſe aũt nõ ſemel Fleuit igiẽ dominus quoniã hõ erat, & debuit per oĩa fratribꝰ aſſimulari, vt mi Eccle. 5.
ſericors fieret, & fidelis põtifex noſter apud deũ patrẽ, offerẽs preces cũ lachrymis & clamore valido, pro Hebræ. 2.
his qui ignorãter errãt, ſiquidẽ omnis hõ inquãtũ peccator ignorãs eſt: etiã Paulꝰ apoſtolꝰ, cuius vox eſt,
B ignorãs feci. 1. Tim. 1. inquit vulneratus eſt ſicut & nos Eſai. 14. Tẽtatus eſt, ſed volẽs, oblatus, quia ipſe
voluit. Eſai. 53. Hoc eni ſignificat verbũ illud, turbauit ſemetipſum. Alioqui pacẽ verã quę ſuperat omnẽ Eph. 2.
mentẽ (Phil. 4. turbare quis poſſet? Sic & alias videẽ turbaſſe ſemetipſum, qñ inueniẽs tẽplũ ſuũ verſum
in fori ſpeciẽ, facto flagello, negociãtes expulit. Ioã. 2. Quid ergo dixit amicus noſter bonus, bonꝰ itẽ pa
ſtor poſtq̃ turbauit ſemetipſum quãdo voluit & quãtũ voluit? Vbi poſuiſtis eũ? Ad hæc Auguſt. Quis Auguſt.
enim eũ poſſet niſi ipſe turbare? Nã ex toto nec cõpati nec męrere, ferreũ eſt, horũ autẽ exuberãtia mu-
liebre. Quod aũt interrogat, ideo ignorãtiã ſimulat: vt eo rogãte, audiat: Ecce locus vbi poſitũ eſt corpꝰ
ſic ordinate veniaẽ ad miraculũ. Eſt autẽ vox hæc vbi poſuiſtis eũ ſimilis illi, Adã vbi es? Iã enim Adã
mortalis erat, quãdo hæc audiuit. Itẽ illud, deſcendã & videbo, Gene. 18. Quãprimũ igiẽ dominus ſepul- Gene. 3.
chro aſtitit, quod nõ pcul aberat, quaſi monitus a monumẽto vbi cadauer iacebat, quod ipſe primũ elu-
C to plaſmauerat, & anima rationali viuificaret, quæ nomine flatus & diuinæ inſpirationis ſignificatur,
lachrymatus eſt, quia vere oculitus amabat eũ & penitus. Fremitus ac turbatio quæ præceſſerãt, inditiũ
erãt doloris in animũ irrumpẽtis, cæterũ lachrymæ animi vulnerati ac victi veluti ſanguis eſt. vtrunq; ta
men dominus volũtate ſuſcepit ſicut prædicitur. Sicut autẽ dicit Hieronymus, dominus daturus ſecundo Hierony.
vitã Lazaro, lachrymatur, nos ablatã lamentamur in amicis & charis. Hec ergo lamentatur dominus, Eccle. 3.
videns hominẽ quem ad imaginẽ ſuam condiderat, immortalitate donatũ, potentẽ non mori, a modo cõ
paratum iumentis, Pſal. 48. Ita vt dicat ſpiritus ſanctus, vnus eſt interitus hominis & iumenti, & æqua
vtriuſq; conditio. Ad hæc Auguſt. Vbi poſuiſtis eum? Ibi ſunt ſpiritus defunctorum: vbi nõ vident quæ- Auguſt.
cunq; aguntur aut eueniunt in iſta vita hominũ. Neq; enim quia epulo rogabat ipſum Abraã vt mitte-
ret Lazarum ad fratres: Quid illo tẽpore agerent vel paterentur, ille ſciebat. Ita enim illi cura fuit de vi- Lucæ. 16.
uis, quãuis quid agerent omnino neſciret, ſicuti eſt nobis cura de mortuis, quãuis quid agant, penitus ne-
D ſciamus. Poſſunt autem aliqua ſcire ab eis qui moriendo ad ipſos pergunt, poſſunt & ab angelis qui re-
bus quæ hic aguntur præſto ſunt. Poſſunt etiam ſpiritus mortuorũ aliqua quæ hic aguntur quæ neceſſe
eſt eos noſſe: non ſolum præterita vel præſentia, verum etiam futura ſpiritu Dei reuelante cognoſcere.
Mitti quoq; ad viuos aliquos ex mortuis, ſicut econtrario Paulus ex viuis in paradiſum raptus eſt, diui- 2. Cor. 12.
na ſcriptura teſtatur, ſicut Samuel defunctus viuo Saul Regi. Dubium tamen eſt, vtrum ille vere fuerit
Samuel. Hæc ille. Ad hęc Raphael. Gens eſt in heſperia, quæ ſuos morbo extinctos tanq̃ ignauos, igni Raphael.
in bello autem abſumptos vulturibus tradunt. Ita iſti ex toto ocioſi ſunt a cura ſepulchrorum. Plutarch. Plutarch.
Quid eſt inquit ꝙ in luctu mulieres albis veſtibus induuntur? An quẽadmodum mortui corpus albis ve-
ſtibus induunt: & propinquos id facere volunt? Corpus autem ſic ornant, quando animum nõ poſſunt,
quem purum ac ſplendidũ deducere volunt, quaſi iam emeritum, & magno ac vario certamine liberatũ.
Plato. 12. de republica lex de ſepulturis iſta ſit. Qui maximi cenſus eſt, ad funus & ſepulturam non plus
q̃ minas. 5. impendat. Qui ſecundi cenſus, tres. Qui tertij, duas. Qui cenſus quarti vnam. Lachrymis mor
E tuos decorare, turpe legum latori cogere eſt. Plangere vero: & extra domum vociferari prohibendũ eſt.
Nam intra eccleſiam inſanorum eſt & lymphaticorum. Et concludit Plato. Lex patria id cõtinet: vni- Plato.
uſcuiuſq; noſtri anima immortalis eſt, eaq; ad deos alios relicto corpore proficiſci, rationem ſuorum ope
rum reddetura. In quo certe bonis viris confidendũ eſſe, malis autẽ formidandum, quippe cum poſt mor-
tem omni auxilio careant, ſemel ingreſſi viam vniuerſæ carnis. Epicurus de ſepulchris ita dixit. Mors ni- 3. Reg. 2.
hil ad nos, nam diſſolutum non ſentit, quod autem non ſentit, nihil ad nos. Sed falſo inquit. A. Gellius Epicurus.
ſyllogizat epicurus. Prætermiſit enim quod in prima parte ſumere debuit, hoc videlicet: Mors eſt animæ A. Gellius
& corporis diſſolutio, ſequitur minor, diſſolutum autem non ſentit: Quod vero non ſentit, nihil ad æ. 10.
nos. Sed tunc maior aſſumpta falſa eſt, ac pro inde & ipſa concluſio. Animæ tamen immortalitatis ura.
probari non poteſt, id eſt, demonſtrari: dicente Salomone. Quis nouit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcen- m. 25.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

dat ſurſum? Eccleſia,3. Fide igitur tenemus animæ immortalitatem: dicente ſcriptura: Animam non poſ-
ſunt occidere. Matth.10. Item Lazare exi foras. Item anima Lazari deducta eſt ab angelis in ſinum A-
brahæ. Luc.16. Cum ergo ad conſpectum ſepulchrum amici lachrymaretur Ieſus, dixerunt Iudæi. Ecce ve-
Figura. ra amoris ſigna. Ecce quomodo amabat eum. Vnde illud Leui.cap.10. Domus Iſrael plangant incendium
quod dominus ſuſcitauit. Occiderat dominus filios duos Aaron, quia obtulerunt ignem alienum: & præ-
i.Cor.12. cepit eos plangi. Lex enim naturæ hoc dicit: compatiendũ & condolendũ caſibus proximorum. Neq; e-
nim flemus velut factũ Dei improbantes: q ipſe eos occiderit: ſed quia natura duce, mẽbra pro ſe inuicem
Luce 10. ſollicita ſunt, & ſiquid vnum patitur, aliud ſimul cõpatitur, ſi ſanum eſt, & non eſt e numero eorum qui
viſo homine illo montano, tranſierunt tanq; ſtruthiones, & veri imitatores Cain, Gene.4. Nam & domi-
nus non tantũ fleuit mortem amici, quæ adhuc recens erat, ſed & deſolationẽ ciuitatis inimicorum ſuorũ
Faber. futuram poſt annos.40. Quod eſt opus veræ clemẽtiæ & bonitatis Dei, vt vere dicatur. Ecce quomodo
amabat illos, quorum caſum luget ante luſtra vndecim fere. Faber. Ecce quomodo amabat. Fontẽ amo-
ris non videbant, ſed riuulorum per oculos fluentes. Certe inquiunt, qui ſic cõmiſeretur, illachrymat, ac di-
ligit, ſi potuiſſet, nequaq; hic mortem obijſſet. Potuiſſet autẽ, ſi cæcum natum illuminaſſet: cum illud diffi-
cilius fuerit factu, q hoc. Ergo neq; illud fecit: neq; hoc. Et hãc concluſionẽ impiam inferunt in conſequẽ-
tibus dicentes. Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati: facere vt hic nõ moreretur.
Plane poterat: ſed noluit facere, & diſtulit ſanare, vt poſſet reſuſcitare, vt poſſet ſuper vita functo pias la-
chrymas fundere, Quod igitur inſipienter & impie argumentẽtur, ſequentia manifeſtant. Verũtamen &
oculos reſtituere vel creare in cæco nato, & mortuos excitare vtrũq; opus Dei eſt, quia de priuatione ad
habitum non ſit regreſſus naturaliter in formis quæ generantur vniuoce. Quod autẽ animalia quędam
oculos recuperant, ſicut hirundines, & quædã reuiuiſcunt ſicut muſcæ, non eſt pręſentis inſtituti diſcute-
Philoſop. re. Quia & vulpes ſicut & vrſa catulos ſuos cęcos parit iuxta Philoſophum, 6. de Hiſto. animaliũ cap.33.
Non poterat hic inquiunt, cur inquiunt non idem efficit cum amico ſuo viro alias nobili & vndiquaq;
integro, quod fecit cum cæco nato, quem de facie quidẽ non nouerat? Si noluit: vnde ergo lachrymæ illæ,
conſpecto monumento amici? Si autem non potuit, id quod facilius eſt, quomodo præſtitit id quod vix
credibile eſt? Egrotus enim ſępe ope medici cõualeſcit: aut certe vita eius trahitur in dies multos. Cęco au-
De pœni. tem nato quis vnq; oculos aperuit? Is qui Lazarum olim excitauit vna voce. Ieſus ergo rurſus fre-
di.1.quan- mens in ſemetipſo, venit ad monumentum. Erat autem ſpelunca, & lapis ſuperpoſi-
tũlibet. tus erat ei. Ait Ieſus. Tollite lapidem. Dicit ei Martha ſoror eius, qui mortuus fue-
rat. Domine iam olet: quatridianus eſt enim. Dicit ei Ieſus. Nonne dixi tibi: quoniã
ſi credideris: videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem. Ieſus quidem vere lachrymas
fudit teſtes q vnice dilexerit amicum, cum illi tamen ſanguine cõiunctus non eſſet, ſicq; horrore ſpiritus
& animi turbatione vultu & oculis totoq; corporis habitu manifeſtum ſpeciamẽ exhibuit humanæ natu-
ræ, magis tamen indignabatur peccatis hominũ, per quæ tam multæ perirent animæ. Turbabatur & ſe-
cundo ob adamantinã Iudæorũ incredulitatem, qui omnia opera Chriſti vertebant in calũniam, etiã illa
quæ digito oſtendi poterant. Secundũ autem ſacratiorẽ intelligentiam, oſtẽditur difficultas operis hoc eſt
reſurrectionis in eo, qui poſtq venerit in profundum malorũ, contẽnit, Prouerb.18. & peccatum ſuũ præ-
dicat. Eſai.3. ſpelunca autẽ hæc conſciencia eſt peccatoris: in qua quaſi in ventre ceti mortuus iacet, tam
Ione.1. profunde ſtertens, vt ſola Dei voce magna excitari poſsit, qui educit vinctos in fortitudine, (Petrum
in carcere actu.12.) Similiter eos qui habitant in ſepulchris: præmiſſa oratione ſublato lapide, idq; nõ ſine
Pſal. 67. gemitu & lachrymis, & interuentu duarũ ſororum, & apoſtolorum duodecim. Ait ergo Ieſus. Tollite la-
Ezech.36. pidẽ. Id quod Dei ſolius eſt iuxta illud, auferã a vobis cor lapideũ. Et intulit Martha, domine iã olet, au-
diui de viro hoc quãta maleſecerit ſanctis tuis qui ſunt in Hieruſalẽ. Actu.9. Antiochus adhuc viuẽs adeo
odorẽ teterrimũ exhalabat, vermibus ſcaturientibus e corpore eius, vt nemo ſuorũ propter intolerantiam
2.Mach.9. fœtoris ſuſtineret portare, odioſus deo & hominibus. Et cũ nec ipſe iam fetorẽ ſuũ ferre poſſet, (reſpexerat
enim ſero licet Iupiter in diphtherã ſuam) ita ait. Iuſtum eſt ſubditũ eſſe Deo, & mortalẽ non paria Deo
Prouerbiũ ſentire. Verũ homicida & blaſphemus peſsimę percuſſus, & vt ipſe alios tractarat, peregre in mõtibus mi-
ſerabili obitu vita functus eſt. Iã inquit olet quatriduanus. Prima die ligatur a fœmina, attõſis primũ cri-
nibus. Secũdo excoculatur ab hoſtib?. Tertio trahit molã more iumẽti in circũitu. Quarto tenẽs colũnas:
Iudi.16. cõtulit domũ, & i ea ſepelit, mortu? in peccatis ſuis. Hęc moraliter intellige de Sãlone.i. peccatore. Vnde
Figura. Martha dicẽs, dñe iã olet quatriduan?, quaſi deſpõdẽs animũ id dixit. Vnde illud. Si mutare põt Aethiops
pellẽ ſuã, niſi deponat & exuat ſicut Bartholomeus, ita & vos poteritis bñfacere, preſsi lõga cõſuetudine
Hiere.13. mali. Hiere.13. Martha igitur quaſi male credula dixit, domine iã olet, quaſi impoſsibile credẽs excitandũ
ꝑpter dierũ multitudinẽ, iuxta Theophyl. Dicit ei Ieſus. Nõne dixi tibi: qm̃ ſi credideris, videbis gloriã
Theophy. Dei. Hoc dãs quaſi obiurgãs fœminę ſimplicitatẽ dicit. Putabat eni Martha ſublato lapide, nõ fratrẽ exci-
tandũ, ſed odorẽ teterrimũ qui circũſtãtes ſubmoueret a ſepulchro. Et nõne inq̃t dixi tibi (ſed excidit tibi)
ad illuſtrãdũ gloriã Dei ꝑmiſſa eſt: Sublatus eſt igit lapis, & nihilo min? odor cadaueris
q mors fratris tui ad illuſtrãdũ gloriã Dei ꝑmiſſa eſt: Sublatus eſt igit lapis, & nihilo min? odor cadaueris
nares circũſtãtiũ nõ offendit, aderat eni ille cui? nomẽ vnguẽtũ eſt effuſum. Cant.1. Ieſus autem ele-
uatis ſurſum oculis, dixit. Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me. Ego aũt ſcie-
11.q.3.tunc bam quoniam ſemper me audis: ſed propter populum qui circũſtat dixi, vt credant
vera.&ca. q tu me miſiſti. Hæc cum dixiſſet, voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et
plerunq;. ſtatim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes inſtitis. & facies eius
ſudario erat ligata. Cunctis igitur ad noue rei miraculum ſuſpenſis: ſubmoto lapide, dominus Ieſus

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Ieſus eleuatis ſurſum oculis, patri gratias agit: a quo omne datum optimum eſt, & omne donũ perfectũ. Iaco. 1.
Quod autem gratias agit: & priuſq̃ aliquid dicat, dicit exaudiſti me: figura orationis eſt. Nã ſæpe abſq́
oratione miracula faciebat, dicens, volo. Matth. 8. Fiat tibi ſicut vis. Matth. 15. Quomodo autem Deus di
catur eſſe in cælo, dictum eſt Matth. 6. Sed tamen ipſe habitus corporis quo oculos in cælum leuamus in-
ter orandum, oſtendit finem hominis non eſſe, vt præſit beſtijs terræ, ſed vt ſummum bonum ſuſpiret, ad
quod conditus eſt. Orare autem proprium eſt creaturæ. Cum igitur dominus orat, oſtendit ſe inferio-
rem eſſe patre, ſecundum ꝙ formam ſerui accepit. Auditur autem ſemper filius a patre quoniam ſemper
ea poſtulat quæ ſunt placita patri: cum patris & filij iuxta quod deus eſt de Deo, vna ſit voluntas, a qua
filius ſecundum ꝙ formam ſerui accepit, nec tranſuerſum vnguem diſcedit vnq́. Dicẽs igitur, gratias ago
A tibi, oſtendit ꝙ non virtute dæmonum ſed poteſtate diuina facit quicquid facit. Quod dicit, audiſti me,
& intulit: ego autem ſcio ꝙ ſemper me audis, ſenſus eſt. Licet nunc in præſentiarum orem te, propter
populum præſentem factum eſt: vt credant, ꝙ tu me miſiſti: nam alioqui ſcio ꝙ ſemper me audis, & au-
diſti & audies. Quare? quia quicquid volo vt fiat, ſine te velle non poſſum: cum velle vnum ſit in vtroq́.
Secundum autẽ hanc voluntatem filius Dei nihil poſtulat (abſit,) ſed ita loquitur, volo vt vbi ego ſum:
ibi ſit & miniſter meus, Ioan. 12. Et illud volo huic dare ſicut & tibi tantũdem videlicet. Hæc igitur cũ
dixiſſet: voce magna clamauit Chryſ. Qualis illic Ieſu bone eras, q̃ pulcher q̃ decor? luna clarior: ſepties Chryſoſt.
ſole candentior. Et ecce inter hæc fleuiſſe narraris. Flebas tamen mortem quam non feciſti: excitatus ami Matth. 20.
corum lachrymis. Sed ad vocem tuam prodijt mortuus. Quo exeunte, ſuſpenſis animis, qui curioſos ocu
los in antrum ſollicitius prætendebant, veniente foras, expaueſcenti formidine longius recurrebant. Vi-
detur tecta facie, manibus vinculatis. Quæ voces illic, qualis preſſura videntium, q̃ curioſi ſpectatores,
qualis in ceruicibus præuenientium multitudo pendebat. Qui fletus: quæ gaudia, quale murmur: q̃ nouũ
B & cæleſte miraculum. Si gaudium eſt in cælo de vno peccatore pœnitentiam agente: quale trepudiũ fiet
ſuper quatriduano eruto de ventre ceti! Ambro. Exi foras. Hoc eſt: delictum prode ore proprio anteq̃ ſor- Ambroſi9
te deprehendaris. Ioſue. 7. Ore enim confeſſio fit ad ſalutem. Rom. 10. Quod autem Ieſus lachrymatur.
Ideo facit: quia ſolam non patitur eccleſiam flere. ſuum eſt excitare: ſacerdotibus dicit, tollite lapidem, &
ſoluite eum. Habebat autem Lazarum quatriduum: cuius caro iam olebat. Ille vero cuius caro non vi-
dit corruptionem Pſal. 15. Triduo fuit in ſepulchro. Statim igitur prodijt ligatis pedibus, &c. Et hoc ſu- 1. Reg. 2.
perat omnem fidem; Vt ligatis pedibus egrederetur, vt nec reptando prodiret, prodijt tamen dicens. Ecce
ego quia vocaſti me. Oſſa inquit arida audite verbum domini. Et hoc rurſus mirabile: ꝙ ſermo Dei fiat
ad oſſa, quæ carent vita motu & ſenſu. Ezech. 37. Prodijt autem facie obuoluta ſudario: quia rurſus erat
vita functurus. Dominus autem reſurgens linteamina & ſudarium in ſepulchro reliquit: quia mors illi
C vltra non dominabitur. Rom. 6. Prodijt igitur Lazarus robuſto ac vegeto corpore, ſed cum toto ornatu
funerali: vt ne vel hoc verterent in calumniam Momi illi omnium bonorum oſores: ꝙ viuus incluſus eſ-
ſet in ſepulchro. Egreſſus eſt autem quaſi de triclinio aliquo aut cœnaculo inſtita autem vincula ſunt ſe-
pulchralia. Iuxta Nebriſſenſem inſtitæ veſtes ſunt, inſignia caſtitatis. Vox autem Chriſti magna, iudicium
erat magnæ potentiæ Chriſti. Alioqui non referebat verum altiſſime an ſubmiſſe vocaret, qui vocat ea Rom. 4.
quæ non ſunt per inde ac ſint, vocat abſentia, ac ſi adſint, ſed quoniam multi peccatores abeunt a facie Luc. 15.
Dei in regionem longinquam: ad eos qui huius ſunt clamat dominus Ieſus voce magna, orans patrem
pro illis: & dicens. Pater ignoſce illis. Lucæ. 23. Dixit eis Ieſus. ſoluite eum: & ſinite abire.
Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit
Ieſus: crediderunt in eum. Quidam autem ex ipſis abierunt ad phariſeos: & dixerũt
eis quæ fecit Ieſus. Ne quid igitur deeſſet ad pleniſſimam fidem tanti miraculi: præcepit amicis vt
D ſoluerent & abire ſinerent, vt motus ipſe & expeditus inceſſus & aſpectus lætior oſtenderet hominem
recte valere, cunctis interim in ſtuporem verſis: ac dicentibus, omnia quæcunq́ voluit fecit: in cælo & in
terra. Sequitur concluſio de qua dictum eſt: infirmitas hæc, eit ad exaltandum gloriam Dei. Multi ex Iu- Pſal. 113.
dæis crediderunt in dominum Ieſum Chriſtum. Nec tamẽ dicit omnes. Ita dicit Paulus. Alij ſumus odor
vitæ ad vitam, his qui crediderunt, alijs odor mortis ad mortem, illis videlicet qui obſtinato animo ſicut 2. Cor. 2.
venerant: ita reuerſi ſunt ad Phariſæos; referentes tamen bona fide quæ viderant. Soluite eum lib. 5. de ſen Ioan. 11.
tentia excommu. A nobis eſt ſæpe. Quomodo poſsit ſacerdos proferre ſententiam excõmunicationis pro
illato damno: vide de officio iudicis. Si ſacerdos in mortis articulo abſolui poteſt qui vnq́ ab omni ſen Excõicare
tentia excommunicationis. Sed tamen ſi non adſit ſacerdos: dubium eſt: quia poſt mortem poteſt abſo-
lui. de officio iudi. Paſtoralis. paſ. præterea. Item de ſententia excõica. a nobis eſt ſæpe. Poteſt enim &
quis poſt mortem anathematizari. In de hæreticis. Si quis epiſcopus. Quin & hoſtienſis & Ioan. Andreas
E in cap. propoſuit de conceſsionibus præbendarum dicunt ꝙ poſt mortem papa poteſt damnari de hæreſi:
quod grauius eſt: q̃ cum viuit. cum magis deferendum ſit vita functo: qui cauſam ſuam tueri non poteſt.
Et obſerua: ꝙ iudex excommunicatus: depoſito officio, excommunicatus remanet. de immunitate eccle-
ſiarum. Aduerſus cõſules. De hoc autem quod dicit dominus ſoluite eũ vide doctores noſtrũ in. 4. diſt. 14.
q. vltima in ſolutione argumentorũ, ſi inquit dicas ꝙ per ſacramentum pœnitentiæ deleatur culpa, dic, vltra
ꝙ ſic. Si opponas, ꝙ dominus prius ſuſcitauit Lazarum ad vita q̃ eum traderet ſacerdotibus vel apoſtolis ſoluendum, reſpondeo, reus obligatur debito pœnæ æternæ, quo vinculo ſoluto, obligãdus eſt ad Pharaonam temporalem prius autẽ ſuſcitatur, q̃ ſoluatur a ſecũda obligatione. Et hoc mõ ad ſacerdotes pertinet enim ſoluere, nõ ſimpliciter ſed pro parte pœnæ quã poſſunt relaxare virtute clauiũ. Et hoc mõ Lazarus vis fungi ficatus a Chriſto, i. peccator a morte culpæ per gratiam reſuſcitatus; & ſolutus a carcere ſepulchri, &c. Et illud
OO iij per de facto) ſed ſa-

Num. 22.
Num. 12.
Exod. 1.
Lucæ. 10.
Figura.
Num. 23.

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

pec[illegible] is a debito pœnæ inferni, relinquitur diſcipulis ſoluendus ab inſtitiſ. i. a pœnis tēporalibus, in quas commutatur pœna æterna: quas pœnas temporales poteſt ſacerdos relaxare vel intendere, claue
Hierony. non errante. Si [illegible]onas ex Hierony. ꝙ ſicut ſacerdos legalis oſtendebat leproſos mundatos, ſic ſacerdos Euangelicus ſe habet ad peccatores iuſtificatos: hoc eſt nihil aliud facere, ꝙ oſtēdere eos mundatos: dico ꝙ verum eſt ꝙ oſtēdit eos mundatos, facit tamen aliud quod non ſacerdos legalis. Nam deus in lege veteri non dedit aliquam ceremoniam vel purificationem, cui miniſtrante miniſtro idoneo, aſsiſtat regulariter ad mundandum lepram corporalem. Dedit autem in lege noua aliquod ſacramentum, cui ex pactione Dei regulariter aſsiſtit ſpiritus ſanctus ad mundandum ſpiritualiter, niſi impediat obex contrariæ voluntatis.
Sūmarium Habes autem compendio imaginem peccatoris pœnitentis hęc per ordinem. Primū amicus Dei erat. Secūdo infirmatur. Tertio dicitur dormire. Quarto mortuus eſt. Quinto ſepelitur: ligatis manibus & pedibus, velato vultu. Sexto olet quatriduanus. Septimo adeſt dominus Ieſus & lachrymatur & tollitur
Lucæ. 15. lapis: & clamat voce magna. 8. reſurgit. 9. iubet ſolui. 10. iubet abire in domū, & fit gaudiū magnū i cęlo.

## Caput. vi. De conſilio pontificum & phariſęorum contra dominum: Et de verbis Cayphę dicentis: expedit vnum mori pro populo. Multi in paſcate colloquebantur de Ieſu dicentes: quid putantis ꝙ non venit? Et ꝙ iam dederant pontifices mandatum: vt caperetur.

Collegerunt ergo pontifices & phariſæi conſilium: & dicebant. Quid facimus? Quia hic homo multa ſigna facit. Si dimittimus eum ſic: omnes credent in eum: & venient Romani: & tollent locū noſtrum & gentem. Quia ſic ſcriptum eſt: & impleri neceſſe erat: in conſilium eorum non intret anima mea. Geneſ. 49. Ad litteram: Simeon & Leui vterini fratres cū expedita paſtorum manu, patre non modo non autore, ſed ne conſulto quidem, prima noctis vigilia ciuitatem vino & epulis grauem ac ſopore preſſam inuadunt, tertia videlicet die a circunciſione eorum: quando grauiſsimus dolor vulnerum eſt. Ibi fœda cędes ſine vllo ętatis aut ſexus diſcrimine per vrbem magna parte noctis edita eſt. Indeq; egreſsi, ſororem exemplo ciuitatis ad poſteros memorabili receptam, ad patrem trahunt: vide totum caput Geneſ. 34. Hęc ad litteram de conſilio inito a Simeon & Leui contra Sichen & Emor & ciuitatem eorum.
Gene. 39. Nicolaus. Nicolaus. Quod Simeon & Leui cōſiliati fuerint primū de morte vel diſtractione Ioſeph: ſic probant Hebręi. Ruben non, quia nitebatur liberare eum de manibus eorum & reddere patri ſuo. Geneſ. 37. Iudas non: qui ne occideretur ab eis: ſuaſit vt venundaretur: dicens, caro & frater noſter eſt. Similiter nec quattuor filij ancillarum, Dan, Nepthalim, Gad, Aſer, quia iſti reputabantur a cæteris filijs Iacob quaſi ſerui, quia filij ancillarum, ideo iſti non auſi fuiſſent hanc telam ordiri. Iſachar & Zabulon cum eſſent natu minores, non præſumpſiſſent tantum ſcelus, ſed inducti ſunt a duobus videlicet Simeon & Leui. Ideo de his duobus loquitur Iacob: cum dicit: Simeon & Leui vaſa iniquitatis. Ergo hic textus: in conſilium eorum poteſt etiam exponi ad litteram de conſilio inito cōtra ſanctum
Allegoricę Pſal. 10. Ioſeph. Allegorice autem dicit gloſa interlinealis: in cōſilium eorum, mortis videlicet Chriſti. Et quæ eos mouit cauſa congregandi concilium & cogitandi conſilia quæ non potuerūt ſtabilire? In Ioſeph, ſomnia quæ eis exponebat: & quia a patre plus amabatur. Et quia ipſe bonus erat, & quia fecerat ei pater tunicam polymitam. Et quia retulit patri crimen eorum peſsimum. Et nonne vendiderunt: ne eum adorarent? Ita eſt. Tamen volentes vel inuiti adorauerunt eum. Geneſ. 42. In Chriſto aūt cauſa cōgregandi concilij illa fuit. Annunciauerunt quidam ex ijs qui interfuerant Lazaro excitato Phariſæis dicentes: Chriſtum dominum rem profanam feciſſe vt qui imperauerit: vt effoderetur ſepultus: id autem prorſus impiū apud omnes Gentes. Sæpe igitur conſiliati ſunt iſti ſenes inueterati, primum vt dominum apprehenderent. Ioan. 7. dicentes: Ecce ſomniator venit. Geneſ. 37. Secundo vt vnus moriatur pro populo. Tertio ne fieret die feſto. Quarto, quid fiet de. 30. Argenteis. Matth. 27. Quinto vt occluderent pecunia ora militum. Matth. 28. Nunc autem de ſecundo concilio tractandum eſt: in quo inconſiliati ſunt omnes quorum intererat adeſſe. Quid inquit facimus?
Tullius. Tullius pri. de officijs, parua ſunt arma foris, niſi conſilium ſit domi. Et enim magnæ res non viribus & armis, ſed cōſilio & autoritate geruntur, quæ maxime vigent in ſenibus. Si quis enim dicat: ſenes nihil agere cum regunt (quid ſi euertunt: & nauim recta in ſyllam ducūt!) rempublicā, ſimilis ei erit qui dicit: Gubernatorem in nauigando nihil agere: cum alij malos ſcandant: alij per fores curſitent: alij ſentinam exhauriant: ille autem (cum Maria) clauum tenens, ſedeat in puppi quietus, nec faciat ea quæ iuniores, facit tamen multo maiora & meliora. Hoc ſignificauit, Ioſue. 6. Præcepit Deus Ioſue vt viri bellatores circumirent ciuitatem Hiericho ſex diebus ſemel ſingulis diebus. Septima
Figura. autem die iubentur ſacerdotes accipere tubas, & præcedere arcam Dei, & circumire ciuitatem ſeptem vicibus ſimul cum populo. Et cum vox tubæ ſacerdotalis inſonuerit in auribus populi: tunc & populus conclamet vociferatione maxima: ſicq; corruent muri Hiericho. Sunt igitur vires in populo ad committendum bellum, quando autem committendum eſt (omnia enim tempus habent) ſenes ſunt conſulendi. Hoc quia [illegible]n ſeruauit Roboam: cito diſsipauit regnum patris ſui. Plutarchus. Omnia hominis membra aliquando
11. q. 3. tunc vera. & ca. plerunq;. [illegible]ſus ventrem conſpiraſſe ferunt: Eumq; ꝙ ſolus nihil impartiens, ocioſus in corpore ſederet in cuſtodie, [illegible] interea cætera ad eius explendos appetitus, & labores maximos & miniſteria perferrant. Eorum [illegible]ro fatuitatem ventrem irriſiſſe: Ignorare autem: quod cum in ſe vniuerſum ſuſcipiat nutrimentum, [illegible]s tamen a ſe diſtributum rurſus ciuitas. Eadem inquit rurſus pro vobis ratio ſenatus eſt. ſui.

Quæ

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Quæ enim prodebita rerum diſpenſatione apud eum conſilia ſunt, nobis omnibus ac noſtro vſui & e-
molumento refert atq; diſtribuit. Iſti autem ſenes famoſi impietate malicia annoſi vtilitatem, quidem rei
publicę præſe ferebant, ſua tamen quærebant non quę Ieſu Chriſti: ſicut dicetur. Aperiamus id altero ex- Philip. 2.
emplo feſtiuiore. Narratur de quodam ſerpente: cuius aliquando caudam ferunt aduerſus caput ſeditioſe Analogia
facta, petiſſe vt ſibi viciſſim quandoq; ducem reliqui corporis eſſe liceret: neq; ſemper caput ducem ſequi
cogeretur. Igitur accepta ducendi poteſtate: fiebat vt & ip a ſine intuitu ſeſe mouens, grauiter offenderet
& caput inſuper quod cæcum ſurdumq; ducem prçter naturæ inſtitutum ſequebatur: in eandem ſecū per-
nitiem traheret. Si enim ſæcus cecū ducat: ambo, &c. Matth. 15. Hic autem (malum magnum). cæcus dux
oculatum caput prçibat. Bene ergo iſti qui videbantur regere rempublicā (præibant enim cæteros autori
tate) concilium cogunt, vt tāto malo obuietur: anteq; tam præſens venenum ſerpat in vulgus: & omnes
credant in Ieſum. Quod ſi fiat: venturos Romanos in confeſſo eſt: qui ciuitatem funditus ſubruant: ciues
A ad vnum omnes trucident. Et quibuscum conſiliati ſacerdotes capita populi ſine cerebro? Cū Phariſæis
gente ſanctitate famoſa. Vnde iuxta Prouerbium, lepram ſuā vni alteris affricuerūt: ſicut habes Dani. 13.
de capularijs ſenibus inſanientibus in Suſannā. Aelius Spartianus. Adrianus in balneo veteranum quē- Prouerb.
piam ſeruuli penuria ſeſe marmoribus affricantem, eum & ſeruulis aliquot & ſumptibus donauit. Quod
reliqui veterani fœliciter ceſſiſſe videntes: cæperunt & ipſi complures ſub oculis imperatoris ſeſe marmo-
ribus affricare, vt hoc modo principis elicerent benignitatē. At ille euocatis ſenibus iuſsit vt alius aliū vi-
ciſsim defricarent, atq; ita pueris nihil opus fore. Quia iuxta aliud Prouerbium & re comprobatum eſt,
mutuo muli ſcabunt. Legimus autē de Achitophel q ſuſpenderit ſe: quia non ſequutus eſt Abſalon de-
cretum conſilij ſui contra ſanctū Dauid. Iudas autem ideo ſuſpendit ſe: quia conſilium malū exitum inue- 2. Reg. 17.
nit. Matth. 27. Malum enim conſilium recidet ſuper caput conſiliantis. Nam venerunt Romani: & tule- Prouerb.
runt locum eorum & Gentem. Auguſt. Temporalia amittere timuerunt, æterna non cogitauerun: & v- Bernard?
traq; perdiderunt: eiecti de ſedibus ſuis atq; vtinā nō in tenebras exteriores. Matth. 22. Adhęc Bernar. Epi
B ſtola. 88. Inſipientiæ meæ ſemper ſuſpectam habens temeritatem, cū non fit quod fieri laudo, nec audeo
nec debeo indignari: deſiderans quē q conſultius agere q a me acceperit. Quoties vero mea ſentētia eli-
gitur, ac tenetur, graui fateor onere præmi ſentio: rei finem ſemper pauidus & nunq ſecurus expectans.
Nobis quidem bene conſiliati ſunt ſenes iſti: & nunq melius conſiliatum eſt: nec conſiliabitur: q expedit Gene. 49.
dominum Ieſum Chriſtum mori pro populo. Cæterum ſi viſcera eorum perpendas, in conſilium eorum
non intret anima mea. Vere ergo dixit. S. S. Eccleſi. 27. Facienti inquiſsimum conſilium, ſuper ipſum deuo- Hierony.
luetur. Leonem vt fertur obſenectam ægrotantem, & ea cauſa ſuo in luſtro continentē ſeſe cætera qui-
dem animantia officij gratia viſebant regem ſuum excepta vulpe. Lupus nactum opportunitatem accu-
ſauit vulpem læſæ Maieſtatis, quæ pro nihilo haberet eum penes quē rerum erat ſumma. Interea interue
nit in lupi ſabula vulpes, & extremam ſermonis partem audiuit. Itaq; Leo viſa vulpe, protinus aduerſus
eam in fremuit. Illa poſtulato ad purgandum ſeſe ſpacio, & quis inquit omnium qui huc conuenerūt tan
C tum tibi profuit quantum ego: quæ quoquo verſum circuncurſitaui, tibiq; morbi remedium amedicis re-
perit? Dum q Leo protinus edixiſſet vt remedium aperiret: ſi viuum inquit lupum excories: & illius pel-
lem in duas, conualeſces. Leo credulus lupum exuit: & ſe ipſum induit. Quo facto: ſic aſtuta vulpes ca-
lumniatoris malum conſiliū in ipſius recidiſſe cap. Inuenta eſt inquit dominus coniuratio in viris Iuda.
Hiere. 11. Hierony. proprie hoc verbo ſcriptura abutitur: quando non ſubito fortuitoq; peccato: ſed para-
tis inſidijs & coniuratione, hoc eſt conſilio inito tenditur ad delictum, & parimente vnoq; ſtudio conue
niunt aduerſum Chriſtum domini. Sed inuidia cæca eſt: nec aliud nouit q fœlicitatem inſectari. Dabo
inquit dominus pueros principes eorum. Eſai. 3. Hierony. Roboam. 40. annorum ſubuertit regnū, ſequu Hierony.
tus conſilia iuuenum. Salomon annorum. 12. Iuſticia ſuffulſit regnū, quia habuit latitudinem cordis: ſi- 3. Reg. 3.
cut arenam maris. Dictum eſt Danieli puero a ſenioribus populi: ſede in medio noſtrum: quia tibi dedit
deus honorem ſenectutis. Et quis eſt honor qui ſenectuti debetur, vt ſedeat in medio: & dicat ex ſentētia.
D Collegerunt ergo ſacerdotes concilium, & tractare cæperunt rem reuera admodum arduam indignā tan-
tis Catonibus, tantis Nebulonibus. Quid enim cum ſalute reipublicæ Chriſtianæ, qui hoſtes erant ſalu-
tis humanæ: aut num ſacerdotum intererat, aut ſua referebat tractare de effundendo ſanguine humano? Alcibiad.
Taceo enim nunc q ille homo iuſtus erat, erat deus. Athenienſes publicatis Alcibiadis bonis. Eoq; ab-
ſente dānato, ne aliquid quod aduerſus illum fieri poſſet intactum relinquerent, decreuerūt vt omnes mi-
niſtri miniſtræq; ſacrorum Alcibiadem veluti impium ac nefandum hominem execrarentur. Earum vnā
decreto populi imperioq; neglecto, dixiſſe aiunt: ſupplicationum ad ſe, non execrationū officia pertinere.
Et ſi ſuperis placet ſacerdotes Dei quib? lege cauetur, ne ad mortuū quāuis ingrediantur: hodie coacto cō Leui. 21.
cilio de morte iuſti decernunt qui de populo tam optime meritus fuerat, cū fœmina illa nunq induci po-
tuerit, vt execraretur Alcibiadem. Deniq; Exo. 18. ita legimus. Sedit Moſes vt iudicaret populum amane
vſq; ad veſperā. Et ait ad illū cognatus ſuus. Quid eſt quod facis in plebe? Cur ſolus ſedes, &c. Et Moſes.
Venit ad me populus quærēs ſententiā Dei. Et ſocer. Non bonā rem facis, ſtulto labore conſumeris, vltra
E vires tuas eſt negotium. Solus illud non poteris ſuſtinere. Sequitur, audi conſilia mea, & dominus erit te-
cum. ſim enim licet ego aſina illa Balaā, ſis tu amicus Dei quo cū deus loquit ore ad os: ſis deus Pharao- Num. 22.
nis: ſis princeps populi tui: ſim ego hō ex lex & paganus, ſim cæcus licet: audi tamē cōſiliū meū: ſum enim Num. 12.
ſenex: ſum & pater tuus lege vxoria quia filiā meā duxiſti. Stulto inqt labore cōſumeris: & dū vis fungi Exod. 1.
officio Marthæ & Mariæ: neutrū imples miniſteriū. Ad benedicēdū cōduct? es: noli maledicere. Et illud Lucæ. 10.
ex opportuno. Nō eſt tui officij ozia vt adoleas incēſum, (ſed erat rex, omnia aūt regibus licēt de facto) Figura.
Num. 25.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ſed ſacerdotum,qui conſecrati ſunt.2.Parali.26. Ergo Moſes vltra vires tuas(ſis licet Atlas alter) impo-
nis tibi onus:idq; cum detrimento populi. Atlas cælum hoſpicio ſuſcepit. Deprehenſus autem ꝙ illi ſtru-
xiſſet inſidias:præceps datus eſt in mare. Et is fingitur cælum humeris & vertice ſuſtinere. dicitur prouer-
Prouerb. bium de ijs qui ſeſe magnis & moleſtis inuoluunt negotijs:ipſiq; ſibi malum accerſunt. Tu igitur Moſes
audi conſilium meum. Eſto tu populo (audite ſacerdotes Dei) In his quæ ſunt ad deum:ſunt ad deum: In
his quæ ſunt ad deum, vt oſtendas populo viam per quam ingredi debeant: (quid ſi ſacerdotes ſunt cæci
& claudi?) Et ritum colendi deum. Prouide autem de plebe viros ſapientes:& timentes deum: in quibus
ſit veritas:& qui oderint auaritiã:qui impleant officiũ Matthę:& ſi res fert tractẽt de morte iuſti Ioſeph:
Iuſti Naboth:iuſti Stephani iuſti Ieſu Chriſti. Vos autẽ qui ſacerdotes eſtis:quo iure cũ Phariſęis de mor
te iuſti confertis. Quid inquiunt facimus? Hic hõ(nec nominant eũ: non enim ſuſtinebant audire nomẽ
Ieſu:adeo inuidiæ flammis ardebant)multa ſigna facit. Quid ergo? Credamus. Abſit videtis q̃ caſsi ſunt F
conatus noſtri:& quomodo nihil proficimus ; cum homo iſte ſe ipſum cotidie vincat in edendis miracu-
lis. Totus mundus poſt eum vadit. O amentem cæcitatem. Vtinam vel decima pars Iudæorum doctrinæ
ſuæ fuerint obſequens. Totus inquiunt mundus. Videbant vnde conuerti debuerant: illi autem ex inde
peruerſiores fiebant. Quærebant de terra ſufferre: quem cernebant quatriduanos ſuſcitare. Itaq; college-
runt concilium. Aſtiterunt autem in ſimul & rectores tenebrarum. Nam ſi ad euertendum vnius Iob do-
mum & perdendam ſubſtantiã & filios,non vnus aut decem venerunt dæmones: ſed quotquot erant in
orbe iuxta Originem:factis cornibus tribus,conuenerunt in vnum: feſtinantes vt quilibet eorum priores
Origenes. partes occuparet in illa tragœdia:quomodo non opinamur & hic omnes affuiſſe vt perderent de terra
memoriam eius:qui venerat ante tempus(vt ipſis videbatur)vt eos perderet? Itaq; ineunt conſiliũ præ-
Matth.8. ſidente principe tenebrarum harum:& proponitur quęſtio admodum ardua & nullum vt videtur exitum
habens;ea eſt:quid faciendum ſit:ne omnes credant in dominũ Ieſum. Hanc propoſitionem non homo G
ſed ore hominis ſatanas propoſuit:qui vult omnes homines ſecum trahere in interitum. Nam ſacerdotes
Matth.23. Cayphas & cæteri nihil aliud volebant q̃ tueri iura ſua,& vocari ab hominibus rabbi. Si eum inquiunt
dimittimus:omnes credunt in eum. Et præcauentes in futurum:& tacti dolore cordis: ne perderent regnũ
& ſacerdotia:quæ a Romanis numerata pecunia quot annis redimebant. Quid inquiunt facimus. Si in-
quiunt omnes credunt in eum:ſuſcipient,quaſi ipſe ſit verus rex & Meſsias in in lege promiſſus. Id ſi fa-
Geneſ.6. & fama facti Romanorum perculerit aures : Iudæos deſerto Cæſare : ſiqui ſuum nouum regem: quieto
ignorant gentem Iudaicam iam olim regem ſuum expectare:qui regnet ſicut Salomon:venient:& ſeculo
armis in nos:& nobis occiſis:ponent Hieruſalem in pomorum cuſtodiam & in aceruos lapidum:a ut lo-
Pſal.78. cum noſtrum tradent profanis Gentibus. Quid igitur facimus;vt tanto obuiemus malo: Quid ſtertimus?
Tullius. Cæterũ ſicut dicit Tullius:quæſi ut haberetem puritam crimen eſt nefarium. Et id quando fit? Quando
nunquam inter ſunt concilio populi rectores:niſi ſi quando vertitur cauſa de morte Ieſu:de ſortiendis ve- H
Geneſ,37. ſtimentis eius,de emẽdo eo a Iuda. Quando enim Ioſeph venit, omnes fratres aderant quos intercipiendũ
diuiſum eſt. Patri autem tunica lacera ceſsit tincta ſanguine:tanti parricidij teſtis & argumentum. Quid
facimus inquiunt. Nullum non mouerunt lapidem, vt iuſtum morti traderent:qui vſq; adeo omnem hõ-
tem poſuerant,vt eidem aſsiſterent in cruce pendenti,timentes,ne quo quomodo elaberetur præda e ma-
nibus eorum,idq; cum hora eſſet nona. Interea cum ſcinderetur incertum ſtudia in contraria vulgus. I.
Eſai.24. Conſiliantium multitudo(erit enim ſicut populus ſic & ſacerdos)capita videlicet ſine cerebro. Vnus ex
ipſis Cayphas nomine:cum eſſet pontifex anni illius: dixit illis. Vos neſcitis quicq̃
neq; cogitatis,ꝙ expedit vobis vt vnus moriatur pro populo: Et non tota gens per-
eat. Diſtinctio.20.cap. Decretales. Hoc autem a ſemetipſo non dixit: ſed cum eſſet ponti-
fex anni illius:prophetauit ꝙ Ieſus moriturus erat pro gente. Et non tantum pro gẽ-
te,ſed vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogita- I
uerunt Græce.ſynebulenſanto:conſultabant vt interficerent eum. 1.q.1.cap. dictum eſt a
domino. Iſte ergo Cayphas qui timebat:ne ſi agnitus fuiſſet verus paſtor & verus pontifex : ipſe velut
antichriſti imago pelleretur ſede ſua: carpit cæteros tanq̃ ignauos deſides & ſocordes & qui rem nõ pe-
penderent,vel cæcis notam:expedire ſumme,mori vnum hominem,vnum hircum,vnum arietem, vnum
paſſerem, vnam vaccã rufam pro populo:immolare vnum agnum in veſpera paſchæ,vt tota gens liber-
tate donetur. Exod.12. Vnum Ionam ſubmergi:vt pœnitentia gentibus prędicetur Ionæ,3. Dicit autem
S. Thom. S. Thomas,4.1.diſt.19.ꝙ Cayphas habuit inſpirationem adeo;quam tamen male intellexit. Dicam ego
ꝙ in ore Cayphæ erat ſpiritus ſanctus:in corde autem eius ſpiritus blaſphemiæ:inuidiæ furoris,& parri-
Lucæ,22. cidij. In petro autem per oppoſitum dicimus,quando enim dixit. Nõ noui hominem,ſpiritus blaſphemiæ
erat in ore ſuo:ſpiritus timoris ſeruilis:ſpiritus infidelitatis: cęterum corde credebat in Chriſtum. Iſte igi- K
tur ſacerdos ſimea purpurata,quoniam diutius ſederat in cathedra peſtilentiæ:& rem vt dicitur ſępe pal-
pauerat,cum iuxta ꝙ ſacerdos erat (idolũ verius) cęteris videretur ſanctior: omnis ſua impietate prębat:
vnde increpat illorum ignauiam,qui lentis conſilijs adhuc deliberarent de morte Ieſu,cum reuera omnia
referat,vt ꝙ primũ tollatur e medio,ſiue ſit iuſtus:ſiue ſit Dei filius:ſiue vera edat miracula ſiue falſa,om-
nino expedit vnũ hunc hominem mori ne tota,&c. Quia ferendis peccatis totius populi,imo totius mũ-
di hic homo hic caper ſolus ſufficit. Leui.cap.16. Re opitulandum eſt inquit iuxta prouerbium, non ver-
Num.19. bis. Hæc dixit Cayphas interpres principis tenebrarum:quia inter cęcos vt dicitur, regnat ſtrabus; inter
indoctos qui ſemidoctus eſt,oculatiſsimus habetur,& doctiſsimus. Itaq; expedit vt vacca vna ætatis in-
tegræ(magnũ ſacramentum) immoletur. Quare ætatis integræ:vt poſsit ferre ſuper ſe onus lignorũ quod
aſina,

Fondo Reservado
EL COLEGIO de JALISCO

aſina.1.Eccleſia.Ex Iudæis & gẽtibus cõgregata portauerat vſq; ad radices montis. Geneſ.22.Habes igi-
tur in myſterio hircum vnum: Cuius ſanguine corda noſtra adamantina licet: molleſcant velut carnea,
& deleantur characteres peccatorum, de quibus Hiere.17. Peccatum Iuda ſcriptum eſt in vngue adamã-
tino ſtillo ferreo: ſuper latitudinẽ cordis eorum: pro vngue adamantino Hebraicę eſt ſamir: non quo vllus Hierony.
vnguis ſit qui appelletur ſamir, ſed quo lapis adamantinus ex eo ꝙ indomitus ſit & in frãgibilis: hoc no
men accipit: tantum nitorem habeat & læuitatẽ: vt abſq; vllo impedimento in eo ſcribi poſsit ſtillo fer-
reo, vt dura ferri materies ſciebat in duriori tabula adamantina, & duret quod ſcriptum eſt in perpetuũ:
ipſi enim dixerunt, ſanguinis eius ſuper nos & ſuper liberos noſtros. Habes alterum hircũ qui peccata ſup Matth.27.
ſe ferat in locum deſertum. Et requirendum eſt, ſi res magnum non continebat ſacramentũ, quid referebat
ſortes mittere ſuper duos hircos? Diceret enim ſimpliciter legiſlator, accipe duos hircos, alterum immola, 1.Corin.3.
A ſuper caput alterius peccata confitere populi, &c. Sed Ionas primũ per ſortes comprehenſus, ſecũdo ipſe
ſe ipſum prodidit. Eſai.53 cap. vide & Prouer.cap.16. Habes ergo vaccam rufam quæ ſubeat onus ligno- Ioan.19.
rum, ligni fœni & ſtipularum, in quibus arſit illa (caro videlicet Chriſti,) ne nos arderemus apud inferos.
Vacca autem hæc extra ciuitatem immolatur in loco qui dicitur Golgotha pro peccato totius mundi: cu-
ius cineres.1.memoria mortis ſuæ ſeruari iubentur in cuſtodiam & in aquam aſperſionis filijs Iſrael. Vide
textum.Num.19. Attingamus autẽ paululum de Iſaac: quia expedit vt vnus aries immoletur ne gens Iu-
dæorum intereat: quæ erat ſeminaliter in lumbis Iſaac. Tolle filium tuum Origenes. Non ſufficit vt dice-
ret, tolle filium tuum, ſed adiecit chariſsimũ, adiecit & nomen Iſaac, vt vertatur riſus in mærorem: ſic his Origenes.
omnibus repetitis, patris ſuſcitantur affectus. Adhuc autem & ad immolandum filium paterna dextra
retardatur, vt aduerſus fidem animi tota carnis militia repugnaret. Vade inquit in terrã excelſam. Omit- Figura.
to nunc quid ſacramenti contineat dies tertia, ſapientiam & conſilium tentantis intueor. Sic in proximo
B non erat mons aliquis, cum totum ageretur in montibus, ſed per triduum iter protenditur, vt per triduum
recurſantibus curis: paterna viſcera quatiantur, vt omni hoc ſpacio tam prolixo intueretur filium pa-
ter: cibum cum eo ſumeret, tot noctibus penderet in amplexu eius: ſic ſpacium certaminis accipit fides &
amor: amor Dei & affectus carnis. Tertia die videt locum procul. Et reuera vna die confici poterat totũ
iter. Locus enim Berſabee videlicet vbi morabatur Abraam: octo leucis vel miliaribus.4.& viginti ab-
eſt a monte moria: de quo vide.2.Parali.3. Dicit autem Abulenſ. ꝙ columna ignis ardente ſuper mon-
tem, agnouit Abraam eum eſſe locum holocauſti. Dicunt Hæbrei ꝙ cum Abraam duceret vnigenitum Abulenſis
ad immolandum: viſus eſt ei ſatan dicens. Quo properas ſenex inſipiens: aquo ſeductus es: vt occidas eũ:
in quo tibi deus promiſit filios ſicut ſtellas & arenam? dicit autem & Abulenſis: ꝙ preeligeret Abraam
mori potius: ꝙ vnigenitum ſuis occidere manibus. Expectate hic cum aſino. Dic mihi Abraam: verum idem.
C dicis ad iuuenes: poſtq; adorauerimus, reuertemur, an fallis? Si verum dicis, non facies holocauſtum: Expe
dit autem vnum mori, fallere autem non decet tantum patriarcham. Sed verum dico, ꝙ in holocauſtum
eum offero. Ideo enim porto gladium & ignem & ipſe ligna: & cum ipſo redeo ad vos. Fides enim mea
hæc eſt (Hebræ.11.) ꝙ a mortuis potens eſt Deus ſuſcitare illum: etiam in cinerem verſum cadauer. Sed
vtraq; hęc videlicet immolari, & reſurgere idq; tertia die: & portare ſuper ſe ligna illi ſeruabantur de quo
dicitur: Expedit vt vnus moriatur, ſed & illud perpende: ꝙ portare ligna ad altare ſacerdotũ eſt: Leui.6.
Sic fit ſacerdos qui erat & hoſtia. Pater mi vbi eſt victima? Quomodo enim putas immolãdus Iſaac per
hanc vocem viſcera paterna concuſsit? Quomodo anima ſenis non euolauit a corpore? Non enim quo-
niam prompte paruit, exiſtimare debes ſine dolore iſta ſuſtinuiſſe. Licet enim milies iuſtus eſſet: erat ta-
men homo & pater, & naturæ iura gerebat. Veruntamen nihil horum eum proſtrauit ſed ſtabat tanq; ge
nerosus Athleta. Quid inquit vis fili? Nam quãuis rigidior eſſet profide: reddidit tamen affectionis vocẽ:
D dicens, quid vis fili? Vbi eſt victima? De pręſenti inquit non adeſt, Deus tamen prouidebit ſibi ouẽ in vi
ctimam. dicens autem, porro videbit, cum filium haberet coram: neſcio quid & ipſe porro videbat in ſpi-
ritu, vidit autem: quia deſiderauit videre diem meum. Ioan.8. Sed venitur ad cauſam: extruitur altare: cõ-
ponit Abraam ligna: & deſuper filium colligat, nihil reluctantem, robuſtũ alias atq; ætate perfecta: forte
annorum.33. Multi eſtis patris in eccleſia Dei: qui hæc auditis, putas aliquis veſtrũ ex ipſa. Hiſtoriæ nar-
ratione tantum conſtantiæ robur acquirit, vt cum forte amittitur filius morte communi & omnibus de-
bita. Etiam ſi nõ ſit vnicus & dilectus: adducat ſibi in exemplum Abraam: & magnanimitatem eius ob
oculos ponat? Et quidem a te non iſtud exigitur animi robur, vt filium alliges, &c. Sed ſaltem dic cum
beato Iob: Dominus dedit, dominus abſtulit. Per memet ipſum iuraui. Vide liberalitatem Dei. Tu non Iob.1.
pepercisti vnigenito tuo propter me, & ego non parcam vnigenito meo propter vos: ſed a modo ratam
E habeo ſententiam Cayphæ dicentis: vnus moriatur. Ambroſius. Requires quare deus in Abraam nõ per- Ambroſi9
miſit ſacrificium Iſaac, permiſit vero in Iephthe? Primum quod Abraæ præcepit: id ipſum ipſe reuocauit:
in Iephthe ipſe impleuit: quod promiſit deinde in Abraam. Oraculum ſignificauit, quid ad pręſens facto,
& in reliquum conueniret exemplo. Vbi itaq; iam præceſsit exemplum: neceſſarium non iudicauit oracu
lum: cum facti forma veteris quid fieri oporteret oſtenderit. Deniq; Iephthe doluit: filia fleuit, auditis ver Iudi.11.
bis patris, duorũ autem menſium obtenta licentia, vt virginitatem fleret: his expletis, nec fletus æqualiũ
mouit puellam, nec dolor flexit, nec dies præterijt: ſed redijt ad patrem: quaſi ad votum rediret: & volun-
tate propria cunctantem impulit vt fieret preſens ſacrificium licet non ſecundum ſententiam. Cæterum Figura.
Abraam non doluit nec conſuluit parentis affectum, ſed illico maturauit obſequium. Non dubitauit
Iſaac: non fleuit cum ligaretur, non dilationem popoſcit: cũ offerretur, & ideo miſericordia largior: quia Geneſi.22.
fides promptior, Itaq; & merita diſparia in Abraam & iephthe. Hoc autem a ſe meipſo non dixit: Sed cũ Num.22.

 eſſet pon-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

eſſet pontifex:cum eſſet aſina Balaam,aperuit dominus os eius:non quia Cayphas,ſed quia ſacerdos,ſimia in purpura, & paries dealbatus(Actu.23.) miſcens profana diuinis. Pontifex igitur erat:creatus decreto reginæ pecuniæ in verum vicarium Antichriſti. Ponamus electionem cuiuſdā vicarij Ieſu Chriſti.

Electio. Gregorius ſeptimus eſt:cuius forma electionis hæc eſt. Nos ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinales:clerici acolyti:ſubdiaconi presbyteri:pręſentibus epiſcopis,abbatibus, multiſq; cum eccleſiaſtici tum laici ordinis eligimus hodie decimo caleñ. Maij in Baſilica.S.Petri ad vincula anno ſalutis.1072.In verum Chriſti vicarium Ildeldrandum Archidiaconum.Virum multæ doctrinæ magnæ pietatis: prudentiæ iuſticiæ,conſtantiæ religionis, modeſtum ſobrium continentem:domum ſuam recte gubernantem pauperibus hoſpitalem:ingremio ſanctæ matris eccleſiæ libere a teneris annis vſq; ad hanc ætatem educatum.Quem quidem ea poteſtate eccleſiæ Dei præ eſſe volumus:qua Petrus Dei mandato quondam præfuit.Et ille per

Paſchalis. hæc pontifex declaratus:ſe Gregorium dixit. Paſcalis pontifex ſtatim a ſua creatione equo albo vectus ad lateranenſem ædem:in eius atrio Baitheo ſuccinctus eſt.Vnde ſeptenæ claues ſeptenaq; pendebant ſigilla,per quæ ſeptem eccleſiæ figurantur,quibus ſeptifariam almi ſpiritus præ eſſet gratia, cum poteſtate claudendi,ſignandi:aperiendi,recludendi.Inuiſit & loca ſolis pontificibus adiudicata, pontificium gerit ſceptrum, Paucis inde diebus in vaticana apoſtoli baſilica chryſmate inunctus eſt; vnde reuerſus: coronam in vrbe de more accepit.Ad hæc Augu. Sic Nabucodonoſor non merito ſuo, ſed ordinis merito re

Auguſti. galis vidit quartū ſimilem filio Dei: Daniel. 3. Ita & Dauid Chriſtum dominum appellauit Saulem quādo iam reprobatus erat a regno.1.Reg.19.Sic Pharao vidit ſomnia,ſic & Cayphas prophetauit quia erat pontifex. Quod autem Saul legitur prophetaſſe:Hieronymus exponit,more arrepticiorum: Et pro

Hierony. phetaſſe ſuum hoc loco non eſt aliud intelligendum:niſi aliena retuliſſe. Itaq; Cayphas a ſe ipſo non dixit:ſicut neq; Pilatus,quando dixit,quod ſcripſi ſcripſi,Ioan.19.Lacedæmone Demoſtenes quidam [illegible]

Hiſtoria. natu autor fuit ſententiæ ſatis ſalutaris & rei de qua agebatur ſatis idoneæ:ad quam repudiādam pro dignitate autoris viſus eſt ſenatus propenſior.Pro inde ephori alium ex ſenioribus delegerunt, cui negotij ſententiæ dicendæ demandarunt tanq; ex vaſe ſordido liquorem tranſfundentes in aliud honeſtius & mundius:quo multitudini acceptior fieret,tantum momenti in rebus publicis probitatis opinio poſſidet. Hoc idem fecit cum eccleſiaſtica republica Ioannes Euangeliſta dicens. Hoc a ſe ipſo non dixit. Abſit enim vt ex ore a maruléto & mendaci procederet verbum veritatis tam neceſſariæ reparationis humanæ ſalutis,vt vnus moriatur amā Ne intereat Gens Iudæorum: vnus Ieſus Chriſtus ne tota gens pereat.

Eſter. 7. Dei filiorum de his filijs dictum eſt Ioan.10.Ibi: alias oues habeo,&c. Prophetauit igitur, q Ieſus moriturus erat non tantum pro Gente Iudaica:ſed vt filios Dei qui erant diſperſi congregaret in vnum de [illegible] dicetur Matth.21.Ibi:benedictus qui venit.Ab illo ergo die conſultabant deſtinato vt interficerent eum.

Theophy. Quia iuxta Prouerbium mortui non mordent.Natum putat Prouerbium ex verbis Theodori Chij qui fuit Ptolomæi regis præceptor.Hic enim in conſiliū aſcitus,cum deliberaretur: vtrum Pompeius ab Aegypto repellendus eſſet:an admittendus:cu;ſ fuit receptum occidendum:ſubijciens;mortuos non mordere. Ita vnius ſententia omnium calculis comprobata eſt. Theophyl. Manifeſtum q ab illo die ſententiam confirmarunt.Et ante quidem cædem eius meditabantur:ſed remiſſius:& quæſtio magis erat q ſententia nunc autem poſtremum indicium & firma ſententia,ſed ſcriptum eſt:qui apprehendit ſapientes in aſtutia eorum Iob.5.Grego.lib.Mo.6.cap.12. Ioſeph ideo a fratribus venditus eſt:ne iuxta ſomnium quod

Gregorius duplex expoſuerat:ab eis adoraretur. Geneſ.37.Sed ideo eſt adoratus quia vēditus. Aſtute nanq; aliquid agere auſi ſunt:vt dei conſilium mutaretur.Sed diuino iudicio quod declinare conati ſunt renitendo ſeruierunt.Sic Saul dum Dauid ſubiectum quotidiano ſuccreſcere virtutum ſucceſſu videret: ſuam ei in coniugio filiam ſpondet:atq; in eius dotem centum dari ab eo philiſtinorum pręputia petijt: vt cum prouocatus miles vltra ſe excreſcere quæreret:inimicorū gladio occūberet. Sed Dauid diſpoſitionis internæ fauo

1.Reg.18. re roboratus:centum ſe dare perhibuit:& ducenta præputia reportauit.ita Saul vnde ſuccreſcentis morti vitam ſe extincturum credidit:virtutis eius gloriam inde cumulauit. Sabellicus centum purputia vel du

Sabellicus centa:totidem philiſtinorum capita exponit. Subijciamus orationē Ionathæ ad Saulem patrem pro Dauid amico ſuo.in hūc qui te diro morbo ſeruauit:philiſtęum proſtrauit:tuū regnū ſtabiliuit: Qui ob eximiam indolem gener eſt tibi nuper aſcitus,ſæuire potes pater!De huius cęde & interitu cogitare!Flexerunt malos dæmones huius cantus:te quē a morte ſeruarunt flectere non poterunt? Peperit Hebraico no

1.Reg.16. mini ocium & quietem vt ipſe inter ſuos tutus eſſe non poſſet!duxit filiam in vxorem tuam!vt veluti

1.Reg.17. ſtia aris admoueretur!Me miſerum:quæ ingratitudo hæc!Quæ perfidia!Quare te per omnia iura [illegible] te tos parentibus obſtringunt oro pater atq; obteſtor; ne regiam domum tam infanda cæde polluas [illegible] progeniemq; tuam in expiabili flagitio aſtringas.Sed aſpidi ſurdæ narrabat fabulam Ionathas. Sic Ionas [illegible] prudenter ſapere voluit:cum ad prædicandum Niniuitis pœnitentiam miſſus ; quia electis gentibus Iudæam deſerui timuit:alio diuertit. Nauim conſcendit:fugam adornat: ſed protinus tempeſtas exoritur:

Figura. ſoris mittitur, Ionas deprehenditur:in mari proijcitur: ceto ſorbente repente deuoratur . atq; illo geſtante

ſoris mittitur, Ionas deprehenditur:in mari proijcitur: ceto ſorbenti repente deuoratur , atq; illo geſtante ceto peruenit:quo ire ſponte contempſit.Sic & Ionas comprehenſus eſt in aſtucia ſua. Ab illo ergo die omnibus in ſententiam Cayphę pedibus itum eſt. Verum quoniam nondum venerat eius qui operatur omnia cum conſilio voluntatis ſuæ, Ephe.1. Ieſus iam non in palam ambulabat apud Iudæos ſed abijt (Abijt illiuc.1,a bethania) in regionem iuxta deſertum in ciuitatem quæ dicitur effræm: & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis , proximum autem erat paſcha Iudæorum:& aſcenderūt multi hieroſolymam de regione, ante paſcha: vt ſanctificarent ipſos, Quærebant ergo Ieſum : & colloquebantur ad inuicem in templo ſtantes Quid

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Quid videtur vobis:ꝙ non venit ad diem feſtum iſtum? Dederant autem pontifices
& Phariſæi mandatum:vt ſi quis cognouerit vbi ſit: Indicet:vt apprehendant eum.
Ne nobis id nouum videatur:ꝙ non ſemel audiuimus ex euangelio. Ieſus duorum vix menſium, iube- Matth.2.
tur deduci in Aegyptum,deinde tranſiens per medium Samaritanorum: eluſit conatus eorum. Lucæ.4.
Rurſus cum vellent illum Iudæi lapidare:abſcondit ſe & exiuit de templo. Ita & nunc cum per ſpiritum
ſuum ſcrutans corda dominus Ieſus,ſciret diffinitum eſſe apud ſenatus conſultum Iudęorum vt ipſe quo- Ioan.8.
uis modo tolleretur de medio(vnum enim virum tu quæris,& eo ſublato,omnis populus erit in pace. 2.
Reg.17.)Iam non palam conuerſabatur:ne irritaret & ſuſcitaret octipedes illos: quos vis regulo nocētio-
res.Ita dixit & Dauid. Aliquando incidam in manus Saul.1.Reg. 27. None melius eſt:vt fugiam & ſal-
uer in terra philiſtinorum?Quod ergo Dauid apud Iudæos de vita periclitabatur, & apud gentes cōuer-
A ſabatur libere,hoc ſignificauit iuxta myſterium dominus:qui a Iudæa fugiens: abijt in ciuitatem effræm,
quæ eſt iuxta deſertum. Nomine aūt deſerti gentes ſignificari, alias ſæpe diximus. Cum autem inſtaret:
dies paſchæ de quo.Exod.cap.12. multi iuxta quod lex præcipit.Exo.23. Ter in anno apparebit omne ma
ſculinum coram domino Deo tuo aſcenderunt Hieroſolymam ante paſcha , vt ieiunijs & orationibus
ſanctificarent ſemetipſos,id eſt puriores redderentur,vt paſcha ſuū legitime celebrarent. Verūtamen quāti
faciat deus ſolennitates Iudæorum qui ſcire velit,legat Eſai .cap.1.& cap.66. Odiui ea inquit,facta ſunt
mihi moleſta:laboraui ſuſtinens.Et ſi requiras quare?Quia manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine. Vnde ple
næ ſanguine?Soluto concilio,& dato mandato a ſacerdotibus,vt ſi quis cognouerit vbi ſit Chriſtus:ſub
pœna læſæ Maieſtatis ſacræ renuntient id principibus ſacerdotum,vt apprehendant eum, velut reipub.
Iudaicę hoſtē,& peſtē,& ſic proficiſcuntur in templū:vt offerant Deo ſuillum ſanguinē,cerebrum caniſt
vt interficiant virum iuxta cor Dei. Eſai.66.Hoc de capitibus populi languidis de cordibus liuore mærē
tibus.Quid de corpore,i.pedibus reipublicæ?Qui aſcenderant:vt ſanctificarētur:quærebant Ieſum,vtiꝗ
B vt cum proderent principibus ſacerdotum, inituri non paruam gratiam apud illos : quorum vox illa eſt.
Non eſt qui doleat vicem noſtram,& renuntiet nobis,vbi ſit filius Ieſſe. Quærebant igitur eum: dicen- 1.Reg.22.
tes Quid putatis cauſæ eſt,ꝙ non venit ad diem feſtum?Ita obliti ſanctificationis ſuæ execrabilis,de mor
te iuſti conferebant iſti boni Iudæi Zelatores Moſaicæ legis,quæ iam ſoluerat oſtium ſuum,& erat e me Rom.12.
rita.Ceſsit igitur pacificus Salomon iræ & furori inimicorū pertinaci,vincens in bono malum:quia iux-
tā Auguſtinum, illorum tantum eſt deſperanda correctio contra quos habemus occultam luctam,cæte- Auguſti.
rorum nullius deſperanda,quia in eo ꝙ aliquis malus eſt(etiam ſi ſit Manaſſes,Saulus aut Cain)vtrum
vſque in finem perſeueraturus ſit neſcimus.Et plerumque cum videmur hoſtem odire,fratrem odimus neſciē-
tes. Congregemus ſuper eos carbones charitatis,vt quomodo de altari a Seraph ſumptus calculus, labia
C Eſaiæ mundauit:ſic peccata inimicorum Chriſti purgentur,& ipſi emolliantur, & ad pœnitētiam lique- Eſai.6.
fiant,quia vere nolo mortem peccatoris,ſed vt reſipiſcat & viuat. Ezech.18.

Caput.vij.Ecce aſcendimus Hieroſolymam,& conſummabuntur omnia
quæ ſcripta ſunt per prophetas,&c.Sequitur de decem leproſis, qui ſtā-
tes a longe miſericordiam a domino: e quibus mundatis vnus tantum re-
uerſus eſt ad dominum cum gratiarum actione.

ERant autem in via aſcendentes Hieroſolymam : & pręcedebat il-
los Ieſus:& ſtupebant. & ſequentes timebant.Et aſſumens iterum Matth.20.
duodecim,cœpit illis dicere,quę erant ei ventura,Hæc aūt dixit illis, Marci.10.
D ſecreto,iuxta Matthæum. Tres euangeliſtæ. Ecce aſcendimus Hieroſo- Lucę.18.
lymam:Lucas. Comſummabūtur enim omnia quę ſcripta ſunt per
prophetas de filio hominis,Marcus & Matthęus, Tradetur enim prin
cipibus ſacerdotū & ſcribis, Marcus:& ſenioribus, Lucas, tradetur
gentibus,Matthæus & Marcus,& condemnabunt eum morte, Tres E-
uangeliſtæ, Et tradent eum gentibus ad illudendum & flagellandū,
Marcus & Lucas,& conſpuetur:& interficient eum, Matthæus,& crucifigetur, Tres Euā-
geliſtæ: & die tertia reſurget, Lucas, & ipſi nihil horum intellexerunt & erat verbum
iſtud abſconditum ab eis & non intelligebant quæ dicebantur. Confer verba hęc Marci
cum pręcedentibus Ioannis Euangeliſtę , & intelliges, quomodo qui ad horam ceſsit impio furori ſacer- Ioan.13.
dotum,ſecedens in ciuitatem Ephrēm, non timore perterritus ſeceſsit , ſed quia nondum venerat hora
E inqua tranſiturus erat ad patrem,& verus Iſaac alligandus ſuper ſtruem lignorum inſtante enim tempo-
re:ipſe verſus Hieroſolymam greſſum direxit,pręcedens ſuos & dicens,quod me videritis facere, hoc fa-
cite.Iudi.9.Cęterum apoſtoli qui alias pręcedere ſolebant,ſicut quando ſpicas legebant, Matth.12. no- Gene.22.
men Hieruſalem ęquis auribus audire non ſuſtinebant,audierant enim non ſemel,dominum in ea multa
indigna paſſurum.Vnde illud,Rabbi nunc quęrebant te Iudęi lapidare,& iterum vadis illuc? Deniqꝫ nō Ioan.11.
clam illos erat decretum ſacerdotum & Phariſęorum de capiendo domino Ieſu. Vnde non abre ſtupebāt:
nihil aliud ob oculos imaginantes ꝙ mortem. Et quia homines erant timebant, & tamen ſequebantur.
Nec refert an ſancti eſſent,mortem nullus non timet:Etiam Petrus.Ioan.21. Et iſti ſunt qui inter ſe con-
quirebant,quis eorum eſſet maior:pręclara quęſtio:cum iretur ad crucem.Sed homines erāt rudes adhuc:
donec paulatim Chriſtus perfecte in illis formatus eſt : ſicut dixit Paulus de Galatis. cap.4. Tunc enim Mar.9.
gaudentes

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

gaudentes ibant ad concilia Tyrannorum: pro maximo ducentes, ꝙ inuenti eſſent digni qui paterentur
contumelias pro nomine Chriſti. Actu.5. Secreuit igitur dominus duodecim a cæteris, qui eum ſequebã,
tur: cœpitq; illis dicere quæ erant ei ventura, de quo vide ſupra. Matth. cap.17. Ecce inquit aſcendimus
Hieroſolymã in hoc nouiſsimo paſchate vitæ meæ; & cõſummabuntur oĩa, & quæ ſunt hæc omnia per
partes diuidit & explicat dicens, primum quidem pater æternus vnicum ſuum tradet: ſicut iureiurando
pollicitus eſt Abrãę patri noſtro vt daret nobis vnicũ ſuũ vt fiat pro nobis maledictũ in cruce, Deut.21.
Gala. 5. Quo benedictionum Abrææ repromiſſarum ſiamus conſortes. Hunc autem eundem vnigenitum iudas
tradet iudæis precio denariorum.30. Principes ſacerdotum ſic emptum dei agnum, Gentibus tradent ve-
lut reũ mortis, quia veritatem ex ore eius audire non ſuſtinent. Pilatus ne amiciciam perdat cæſaris tra-
ioan 19. det eum militibus illudendum: flagellandum, & conſpuendum, ſicq; illuſum & irriſum, impoſita humē-
ro cruce, ducent ad crucifigendum. Sane dęmones inuidia ſtimulati: quia videbant deſtrui & aboleri de-
ioan.13. lubra ſua & idola conteri: perſuaſerunt & miſerunt in cor iudę, vt auaricia cæcus, eum traderet. Hæc om
nia ſcripta erant in prophetis: & implenda ſunt neceſſario. Scriptũ eſt autem & illud: ionas abſortus a ce-
to, tertia die viuus euomitur. Ionę. 2. item illud: viuificabit nos poſt duos dies, & in die tertia ſuſcitabit
nos, & viuemus in conſpectu eius. Oſee. 6. Primus dis aduentus eſt eius in carne: ſecundus mortis ſuę,
ſanguis enim eius ſignati poſtes domus noſtræ: non timemus angelum percutientem. Exod. 12. Tertia
dies reſurrectio eius: in qua ſancti prioris teſtamenti educti ſunt de lacu. Zacha.9. & nos confirmamur in
ſpe futuræ reſurrectionis, & repoſita eſt ſpes hęc in ſinu noſtro. iob.19. Hęc autem verba alias audierant
videlicet Matth.17. & tunc contriſtati ſunt vehementer. Hierony. Non de infidelitate venit ꝙ contriſta-
Hierony. ti ſunt: alioqui ſciebãt Petrũ eſſe correptũ: ꝙ nõ ſaperet quę Dei erãt. Verũ quia pro dilectione magiſtri
Matth.16. nihil eo ſiniſtrum & humile patiuntur audire. Sed nonne audierant in concluſione: tertia die reſurget? ita
eſt: ſed de morte bene intelligebat: id enim cotidie videbant: naſci homines & mori. At de reſurrectione
ignotum erat illis penitus. Nam excitatos aliquos, & in ſcripturis legebant, & id ſub oculis viderant non
ſemel. Quod autem quis excitauerit ſemetipſum nõ amplius moriturus: & ſimiliter ꝙ mors eſſet domina
tura ei qui mortuos excitabat: id penitus apud illos ignotũ erat: ſicut dicit Lucas. Nec miteris eos tũc pe-
nitus ignoraſſe ſermonem de reſurrectione, quando ioannes de ſeipſo teſtatur dicens: tunc introiuit &
ioan.20. ille diſcipulus, qui venit prior ad monumentum, & vidit linteamina, & credidit furatum corpus. Nondũ
enim ſciebat ſcripturas, ꝙ oportebat dominum a mortuis reſurgere. Ergo verbum hoc: tertia die reſurget:
penitus fugiebat eos, & opinabantur dominum parabolicę loqui. Denicq; verba fœminarum de reſurre-
ctione Chriſti, deliramenta videbantur apoſtolis & ſine capite fabula. Ad hæc Chryſo. omnis ſalus ho
minum in morte Chriſti poſita eſt. Nec eſt aliquid propter quod magis Deo gratias agere debeamus, ꝙ
propter mortem Chriſti. Vnde illud, pone me ſicut ſignaculum ſuper cor tuum, quia fortis eſt mors quã
Canti. 8. pertuli pro te, prius factus opprobrium hominum & luſus. Sed vos cum me videritis inter latrones pen-
Chriſoſt. dere, ne me hominem tantum extimetis: quia & ſi mori hominis eſt: velle tamen mori pro impijs homi-
nis non eſt nudi, forſitan enim pro iuſto quis audeat mori. Rom.5. Tamen quia minus ſacula feriunt quę
præuidentur: frequenter eis mortis ſuę memoriam refricat: ne in cauti animum deſpondeant. Dixerat do-
minus ſoluite templum. ioan 2. Sicut fuit ionas. Matth.12. Oportet exaltare filium hominis. ioan.3. idem
habes Matth. cap 16.17.26. Sed alibi occultius: alibi manifeſtius, ſed nunꝗ manifeſtius ꝗ hoc loco iuxta
Marcum. Quod autem condemnarunt eum ad mortem: id fecerunt colorantes maliciam ſuam, qui cum
non haberent cauſam iuſtam contra Chriſtum: ne penitus viderentur, ex odio eum morti tradere: præter
miſſo ordine iuris (ſed quis ordo ſeruare potuit infra horas. 12.) Congregant concilium ſub ornant teſtes
iob.34. pecunia corruptos, & cauſa Chriſti ieſu quaſi impij iudicata eſt. Et factum eſt: dum iret in Hieru-
ſalem: tranſibat per mediam Samariam & Galileam. Et cum ingrederetur quoddam
caſtellum: occurrerunt ei decem viri leproſi. Qui ſteterunt a longe: & leuauerunt vo
Lucæ.18. cem dicentes: ieſu præceptor miſeri noſtri. Quos vt vidit: dixit. Ite oſtendite vos ſa-
cerdotibus. Et factum eſt dum irent mundati ſunt. Quod completurus dominus exceſſum
ſuũ in Hieruſalem: de quo colloquebantur ad inuicem Moſes & Helias. Lucæ.9. Tranſijt per mediam
Ephes.2. Samariam & Galilæam. id eſt per Gentes & iudęos. illud tacite ſignificauit, ꝙ ipſe ſit pax omnium cre-
dentium, qui fecit vtraq; vnum. Cuius liuore ſana eſt lepra cum iudęorum. 9. Qui crediderunt tum & v-
nius Gentilis populi, qui cum gratiarum actione redit ad dominum Chriſtum. Cæterum lex cuius ma-
nus grauiſsimę erant. iugum ferreum, iuſticiæ tenax miſericordiæ neſcia, cum mundare non poſſet, ne-
Exo.17. iuxta emũdationem carnis: vtens varijs baptiſmatibus: (nam iuxta conſciam quomodo poſſet vel
Hebræ.9. ſanguine hircorum & vitulorum pro medela?) expellebat e populi frequentia: vel arcebat ab ingreſſu
templi: & leproſos cum primis, de quo dictũ eſt Matth.8. Sed quoniã iuxta Senecam, initiũ ſalutis pec-
Seneca. cati noticia eſt: (dic tu prior iniquitates tuas vt iuſtificeris) nam qui peccaſſe ſe neſcit, emẽdari non vult. ſi-
Eſaiæ.43. cut de quadam meretrice ſcriptum eſt: ꝙ dixerit medico curanti eam dolore & flagello. Abſq; peccato &
Hiere. 2. innocens ego ſum, propterea auertatur furor tuus a me, per quod iuxta Hieronymum, magis prouocat
ira Dei, non lugere quod fecimus, inſuper & vanas excuſationes obtendere peccatorum, idcirco dicunt
Hierony. iſti viri leproſi agnoſcentes lepram ſuam ſtant a longe cum publicano per humilitatem dicentes qui-
dem digne, nam digna factis noſtris patimur, Lucę.23. Tamẽ miſerere noſtri, qui clemens & miſericors
Lucę.18. es, patiẽs & multæ miſerationis & ignoſcens ſuper maliciam, & apud quem nullus per ſe innocens eſt.
Lucę.4. Exo.34. Verba iſta ex iona ad expiãdam Dei miſericordiam adduximus. Afflictus eſt enim ionas affli-
ctione magna. Quare? Quia illo prędicante, poſt triduum Niniue ſubuertetur ciuitas non eſt euerſa in
muris.

Fondo Reſervado de
EL COLEGIO de JALISCO

muris: ſed ciues in moribus. Sequitur iratus Ionas, orauit dominum dicens. Ana adonai, nunquid nō hoc
eſt verbum meum cum adhuc eſſem in terra mea? Propter hoc præoccupaui vt fugerem in Tharſis. Hie- Hierony.
rony. Quia oratio prophetæ dum ſe dicit iuſte fugere voluiſſe, quodam modo iniuſticiæ arguit dominū,
querelas ſuas obſecrationis exordio temperat dicens, Ana adonai. Eſt autem Anah interiectio deprecā-
tis & videtur ſignificare blandientis affectum. Sciebam inquit te hoc eſſe facturum, remiſſurum vſqꝫ ſe-
ptuagies ſepties decem milia talenta pœnitentibus. Matth. 18. Non ignorabam miſericordem, propterea
ſeuerum nuntiare nolebam, ideo fugere volui. Si miſericordem dicerem: nullus pœniteret, ſi crudelem ſcie-
bam hoc tuæ non eſſe naturæ. In hoc ergo ambiguo poſitus: malui fugere potius, ꝙ̃ aut pœnitentes leui-
tate decipere, aut de te prædicare quod nō eras. Hoc ſi verum eſt ſicut eſt. Quid gratius ac libentius audit Luc. 17.
dominus Ieſus ab ore leproſorum: ꝙ̃ miſerere noſtri? Leuauerunt inquit vocem dicētes, pater peccauimus
in cælum & coram te, occurre tu nobis, nam nos lege arcemur accedere ad te. Clamor autem hic ingens
A deſiderium eorum explicat adipiſcendæ ſalutis. Qui ergo peccando, clamauimus, prædicando mala no-
ſtra. Eſai. 3. Geneſ. 18. Quandiu ſpes eſt veniæ conſequendæ: & tranſit ſecus nos Ieſus: ſiſtamus cum clamo
re noſtro dicentes, Ieſu miſerere noſtri. Surrexi inquit (ſero admodum) vt aperirem dilecto, at ille declina-
uerat atqꝫ tranſierat. Canti. 5. Iurauit autē angelus, ꝙ amplius tempus non erit miſerendi. Cæterum ꝙ de Apoc. 10.
cem erant leproſi iſti, quoniam numerus hic primus limes eſt numerorum, vniuerſitatem ſignificat pecca-
torum, de quibus dicitur, Eſai 53. Omnes declinauerunt, vnuſquiſqꝫ in viam ſuam. Alij enim ſequuntur
Cain: Alij Chanaam: alij Pharaonem: alij Giezi: alij Simonem. Et obſerua interim quomō Naaman le-
proſus iubetur lauari ſepties in Iordane, & Maria ſoror Moſi & Aaron iubetur ſeparari diebus ſeptem a 4. Reg. 5.
cætu Iudæorum. Num. 11. in quo docemur iuxta myſticum ſenſum, ꝙ lepra linguę & ſuperbię malum ſit
vix curabile: id quod euidentius oſtenditur in lepra Giezi, quæ iuxta tropologiam tranſiit a Naamā ad
Giezi, & ab illo ad ſemen eius vſqꝫ in æternum. Et obſerua rurſus ꝙ Naamā tumens ſuperbia: diuitijs & Figura.
B fortitudine, iubetur lauari ſepties, & nec ſemel lauari ſuſtinet. Obſerua item illud, ꝙ de multis locuſtis le-
gimus ſcorpionibus verius, qui egreſſi de puteo abyſsi, nulli parcunt ſexui: non ætati, facientes ſępe e mu Apoc. 9.
ſca elephantum (malum non infrequens, qui habent vt ita dicam fluxum in lingua, de nullo autem legi-
mus, ꝙ recantauerit palinodiam. Verum nouerint, ꝙ non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.
Peſtis autem hæc maxime propria eſt fœminarum. Et obſerua rurſus ꝙ Maria ſoror Moſi, pro vno ver-
bo detractionis in fratre: ſed erat amicus Dei, tam ſeuere punita eſt, & cum Moſes oraret pro illa, nō eſt Lepra.
exauditus, ſed inquit dominus, ſi pater eius expuiſſet in faciem eius, non debuerat ſaltem ſeptē diebus ru-
bore ſuffundi? Facilitas veniæ incentiuum præbet delinquendi. Quia igitur mulier eſt: refrenet linguam,
ſeparetur diebus ſeptem, & poſtea reuocabitur, ſi lepram agnoſcat, miſericordiam imploret, famam fratris
quam læſit pro poſſe reſarciatur. Cęterum quoniam dominus non venit legem ſoluere, mittuntur leproſi
C ad ſacerdotes, quoniam autem venit ad implere, quod ei deerat, Matth. 5. ſtatim vt verbis eius fidem prę-
ſtiterunt: inter eundem mundati ſunt. Lex ergo expulit leproſos: Ieſus eos ſuſcepit, & ſanatos, reliquo ag-
gregauit gregi, ſed miſit eos ad ſacerdotes: penes quos iudicium erat diſcernendi inter lepram & lepram, Sacerdotes
vt per hoc magis viderentur chirurgi ꝙ̃ ſacerdotes, Quomodo autem rectum ferrent iudicium de lepra,
qui medicinæ officinam nec a foribus ſalutarunt? Prudens lector mecum eſto. Habēt enim & ſacerdotes Deut. 17.
Dei claues neſcio quot & quas, quarum vna dicitur ſciētiæ. Venādi peritos multos ex ijsnouim?: Alearū,
latrunculorū id enī nemo ibit inficiari, cęterū de claue ſcientię ipſi viderint, vtrum penes illos ſit iuxta rei
veritatem. Ite tamen & oſtēdite vos ſacerdotibus, vos ipſos oſtēdite non peccata aliena, & lepram oſtē- Scotus.
dite, non membra ſana, ſicut Phariſæus ille. Lu. g. 18. Quod autem dicit, dum irent, mundati ſunt, illud
explicat ꝙ peccator per contritionem ſanatur a culpa, quod ſolius Dei eſt. Quid ſi non eſt contritus, ſed
parum ſatis attritus? Scotus. Non ſolum attritus per aliquod tempus vſqꝫ ad certum inſtās, in vltimo in-
D ſtanti recipit gratiam delentem peccatum tanquam per virtutem meriti de congruo, ſed non habens talē
actum, qui ſufficiat ad meritum de congruo, ſed tantum habens voluntatem ſuſcipiendi ſacramentum
eccleſię, & ſine obice peccati mortalis actualiter ſibi facto vel in voluntate inhęrētis, non ex merito ſed
ex pacto diuino, effectum ſacramenti pœnitentię, vt ſic parum attritus etiam attritionem quę non ha-
bet rationem meriti ad remiſsionem peccati, volens tamen recipere ſacramentum pœnitentiæ ſicut di-
ſpenſatur in eccleſia, & ſine obice in voluntate peccati mortalis in actu: in vltimo inſtanti illius prola-
tionis verborum in quo videlicet eſt vis ſacramenti iſtius, recipit effectum ſacramenti ſcilicet gratiam
pœnitentialem. Alioqui non appa[r]et quomodo ſacramentum pœnitentiæ eſſet. 2. Tabula, ſi nunꝙ̃ per
ipſum vt ſacramentum eſt, poſſet recuperari ſecūda gratia amiſſa, ſed tantū per attritionem tanꝙ̃ per
præuiam diſpoſitionem, & contritionem tanꝙ̃ per diſpoſitionem completiuam. diſt in. 14. 4. q. 4. quan-
tum ad. 5. Vide ergo quam merito leproſi mittuntur ad ſacerdotes, qui vel parum licet attritos, vt ſacra-
E menti abſolutos oſtendant. Et obſerua ꝙ ſolos leproſos dominus miſit ad ſacerdotes, cęteros ęgrotos per
ſe ipſum ſanauit, & abſoluit. Sed ratio eſt ꝙ lex de leproſis purificandis & diſcernendis multa ſanciuit: de Sacramē-
quo dictum eſt, Matth. 5. Verum autem ſacerdotes poſſ[?]t abſoluere a culpa, propter id quod continetur tū Pœnitē.
in conceſsionibus apoſtolicis: ex verbis doctoris immediate poſitis poteſt intelligi. Sine vlla contritione,
vel attritione peccator omnino abſolui non poteſt, quia iuxta Abulenſem contritio eſt de iure naturali, Abulenſ.
& ideo ſemper fuit neceſſaria. Sed vtrum loquatur Abulenſ. de contritione perfecta vel de attritione ſi-
cut loquutur Theologi alij viderint. Certe ſcotus concedit poſſe remitti culpam peccatori ſatis parū at-
trito, per ſacramentum pœnitentiæ miniſtrato a ſacerdote ſicut dictum eſt, gratiam tamen & gloriā co-
minus ſolus infundit, ſolus confert, qui ſine omnium ſacramento poteſt facere mundum de immundo cō- Iob. 14.
ceptum

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ceptum ſeminè Itaq; dum irent, mundati ſunt. Sed non omnes mundantur inter eundum, ſed abluits mũ-
Lucæ. 17. dantur confitentes peccata, & per abſolutionem ſacerdotis, & patet. Vnus autem ex illis vt vidit
q̃ mundatus eſt, regreſſus eſt cum magna voce magnificans deum: & cecidit in fa-
ciem ante pedes eius: gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Reſpondens autem Ie-
ſus dixit. Nonne decem mundati ſunt: & nouem vbi ſunt? Non eſt inuentus qui redi
ret, & daret gloriam Deo, niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge, vade, quia fides tua te
Cap. 5. ſaluum fecit. Quid eſt q̃ decem mundantur, & vnus tantum agnoſcit medicum ſuum? Legimus & a-
pud Ioannem: ex multitudine omnigenum ægrotantium vnum tantum fuiſſe ſanitate donatum. Qui ſi
cæteros ſanaret, qui vult omnes ſalutem conſequi, forte id facturi erant: quod nouem iſti, videlicet veluti
2. Pet. 2. canes eſſent alieni gregis, vorato fruſto, abirent hoſpite in ſalutato, aut iuxta Petrum, redirent ad vomi-
tum ſuum, per hoc facti duplo filij gehennæ. Multi inquit Paulus currũt ad eccleſiam pro remiſſione pec-
catorum: & vix vnus in remiſsione percepta perſeuerat, & vnus inquit accipit palmam. 1. Cor. 9. Audi
prophetam Amos cap. 5. vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum. Et de qua egredie-
bantur centum, relinquentur in ea decem. Adijciamus nos illud, vrbs de qua egrediebantur decem, relin-
quetur in ea vnus. Hoc eſt dictu, vix decima pars eorum qui ſanandi veniunt ad pedes Ieſu perſeuerant
in gratiarum actione: hi ſunt centum comparati ad mille, & decem reſpectu centum, & vnus reſpectu de
cem: Hieronymus. Quattuor ſunt numeri quaſi aliorum radices, videlicet vnitas: denarius, centum, mil-
Hierony. le. Prima beatitudo eſt, eſſe in vnitate, quia vnum tantum eſt neceſſarium, videlicet deo ſemper adhære-
re. Secunda beatitudo eſt in decade: tertia in tertio numero, quarta in quarto, videlicet millenario, vel mil
Lucæ. 10. leſimo. Cum igitur quis egerit pœnitentiam, de millenario & quarto numero vix reuertitur ad centena-
rium & tertium. Et qui in tertio eſt, vix ei conceditur vt de mille reuertatur ad centum, & de centum ad
decem. Nam ad vnitatem vix vnus alienigena & ipſe figuram gerit eccleſiæ, Iudæi autem multi erant nu
Hiere. 24. mero, merito autẽ fere nulli. Arena ſunt: & ficus malæ valde. Quid eſt inquit optimus & maximus deus
Dei filius, hoc quod video? Decẽ mundati ſunt, nouem vbi? Cognouit aſinus præſepe domini ſui & poſ-
Eſai. 1. ſeſsionem ſuum bos ſtolidus, Iſrael autem me non cognouit. Eſa. 1. vbi nouem? Non eſt inuentus qui re-
diret & daret gloriam Deo niſi hic Samaritanus, quem nec congreſſu Iudæi dignabantur: niſi q̃ iuxta p-
uerbium, conciliant homines mala. Obſerua autẽ Samaritanum alterum qui miſertus eſt hominis incur-
rentis manus latronum. Lucæ. 10. Ille bene meritus extitit de homine penitus ignoto ſibi: niſi quatenus ho
mo erat: iſti autem nouem qui Iudæi erant, nec vel verbo gratias habuerunt, vnde merito præferũtur eis
boues & aſini. Dicens autem dominus, vbi ſunt, oſtendit deraſos de libro viuentium. Pſal. 68. Quære in
A. Gellio exemplum de leone grato, ſeruo illi qui de ſe bene meritus fuerat. libro. 5. cap. 14. Subijciamus
exemplum vnicum de gratitudine. Mithridates rex referente. Val. Maxi. magnifice gratus apparuit, ſi
quoniam pro leonico acerrimo defenſore ſalutis ſuæ a Rodijs nauali pugna excepto, omnes hoſtium ca-
ptiuos permutauit, ſatius eſſe exiſtimans, ab iniuſiſsimis circumueniri, q̃ bene merito gratiam non referre
lib. 5. cap. 2. Idem Val. Maxi. cap. 3. de ingratis ita dicit. Vrbis noſtræ parentem Romulum Senatus in am-
Exempla. pliſsimo dignitatis gradu ab eo collocatus, in curia lacerauit, nec duxit nefas ei vitam adimere, qui æter-
num Roma imperio ſpiritum ingeneraret. Marcus Cicero Cn. Pompilium non minore cura q̃ eloquẽ-
Val. M. tia defendit in cauſa admodum dubia fluctuantem, & ſaluũ ad penantes ſuos remiſit. Hic Popilius poſt-
ea nec re nec verbo a Cicerone læſus, vltimo. M. Antonium rogauit, vt ad illum proſcriptum perſequẽ-
dum & iugulandum mitteretur. Impetratis q; deteſtabilis miniſterij partibus, gaudio exultans, Caietam
cucurrit, & repertum Ciceronem iugulum præbere iuſsit, ac protinus caput Romanæ eloquentiæ & pa
M. Tulli. cis clariſsimam dexteram per ſummum & ſecurum ocium amputauit. Eaq; ſarcina tanq; opimis ſpolijs
alacer in vrbem reuerſus eſt. Neq; enim ſcelestum por tanti omnes ſuccurrit, illud ſe caput ferre, quod pro
capite eius quondam perorauerat. Inualide ad hoc monſtrum ſuggillandum litteræ, quoniam qui talem
Ciceronis caſum ſatis digne deplorare poſsit, alius Cicero non extat. Hæc ille: vtrum autem nouem le-
proſi iſti ſeducti fuerint a ſacerdotibus ad quos miſsi ſunt, alij viderint, niſi forte vltimo currentibus ſal-
caria ipſi addiderunt. Et ait illi, ſurge, cecidit enim in faciem ſuam cum ſenioribus illis quatuor & viginti,
Apoc. 4. Gratias agens: vnde audiuit, ſurge. Quia fides tua te ſaluum fecit: fide enim voce magna clama-
uit, miſerere noſtri. Fide reuerſus eſt cum gratiarum actione: & procidens adorauit eum, a quo accepit, pri
mum quidem fidem, ſecundo ſalutem, tertio vitam æternam, de qua dicitur, vade intra in gaudium do-
mini tui. Matth. 25. cap.

Luce. 9. Caput. viij. Dominus recta pergens Hieruſalem, Samaritani non exceperunt il
lum. Ioannes & Iacobus ira perciti ignem de cęlo volunt deponere, ſed nõ per-
mittuntur. Acceſsit mater filiorum Zebedæi petens dextram & ſiniſtram filijs
ſuis, & quid illi audierunt.

DVm complerẽtur igitur dies aſſumptionis eius, ipſe faciem ſuam
firmauit vt iret in Hieruſalem. Et miſit nuntios ante conſpectum
ſuum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum vt para-
Mar. 16. rent illi, & non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hie
ruſalem. Aſſumptio hæc illa eſt de qua Marcus, aſſumptus eſt in cælum, & ſedet
ad dexteram patris. Poteſt autem intelligi & de illa de qua dicitur Ioan. 12. Ego ſi
exaltatus fuero a terra omnes traham ad me. Et rurſus Ioan. 3. oportet exaltare filium
hominis. Per ignominiam enim crucis peruentum eſt ad gloriam & conſeſſum in
dextera

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

dextera patris: dicente Paulo, propter quod deus ſubexaltauit illum. De hoc dixit ſupra Marcus, ꝙ domi-
nus præcedebat ſuos in via, operaturus ſalutem in medio terræ. Pſal. 73. Et qui toties fruſtrauerat conatus Philip. 2.
ſacerdotum & Phariſæorum, vbi affuit tempus a prophetis prædictum, a lege præfiguratum Exo. 12. iter
ingreſſus eſt vt iret in Hieruſalem. Præmiſit autem nuntios qui hoſpitium pararent & ſibi & ſuis, quia
iuxta Matth. cap. 8. non habebat in terra quod aues uel vulpes, quippe cui etiam mu[illegible] ingreſſuro ho- Luc. 2.
ſpitium defuit, vnde cogente neceſsitate, contra quam nec dij poſſunt, in præſepio reclinatur. Quoniam
igitur non ſolus pergebat, commodũ ratus eſt præmittere quoſdam in ciuitatem qua eundum erat. De no Samaria
mine Samariæ dictum eſt Ioan. 4. Quod autem dicit S. Thomas Ioan. 4. ꝙ Samaria eſt ciuitas Metro- Quiſia eſt.
polis quam Somer Rex Iſrael conſtituit in monte, non Somer eam fundauit, ſed Amri 3. Reg. ca. 16. cauſa 2. Paral. 3.
aũt ſimultatum inter Iudæos & Samaritas ea vel præcipua erat, ꝙ Iudæi locum proprium cultus Dei in
A templo Salomonis dicebant eſſe, in monte videlicet Moria Samaritani aliud ſomniabant, ſicut dictũ eſt,
Ioan. 4. Samaritæ poſsidebant terram Iudæis datam adeo. Cum ergo ex colloquio nuntiorum quos præ-
miſerat dominus intellexiſſent Samaritani dominum Chriſtum recta tendere in Hieruſalem, quia pa-
ſcha imminebat, id moleſte ferentes, occluſis ianuis, mœnibus excluſerunt. Ita & hic impletum videmus
illud Pauli, alijs ſumus odor vitæ ad vitam, alijs odor mortis. Siquidem Samaritæ vrbis ſichar exceperũt 2. Cor. 2.
dominum Ieſum & obnixe rogauerunt vt maneret apud illos, & mãſit duos dies, & iſtis factus eſt odor
vitæ ad vitam, mediatrice fœmina vnica. Ecce autem & iſti Samaritani erant, qui tamen non officioſio-
res inuenti ſunt habitatoribus vrbis Gabaa tribus Beniamin, quia facies eius erat velut euntis in Hieru- Iudi. 19.
ſalem, & his factus eſt dominus odor mortis ad mortem. Et iuxta quod præmiſimus leproſus ille vnus ex
decem miſericordiam petens, obtinuit, & Samaritani iſti hoſpitium denegant omnium bonorum fonti, a Luc. 17.
quo omnis qui petit accipit, & quem qui quærit, inuenit, &c. Cum vidiſſent autem diſcipuli ſui
B Iacobus & Ioannes, dixerunt. Domine vis, dicimus (alias dicamus) vt ignis deſcendat Luc. 11.
de cælo, & conſumat illos? Et conuerſus increpauit illos dicens. Neſcitis cuius ſpi-
ritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Et abierũt in aliud
caſtellum. 23. q. 4. ꝙ Chriſtus. Res quidem per ſe conſiderata, nulli non indigna viſa eſſet, vt tantus Ioan. 4.
hoſpes (non enim Hercules erat) qui de Samaritanis tam optime meritus fuerat nec intra mœnia excipere
tur, cui cælum ſedes eſt, & terra ſcabellum. Nam ſi princeps eſſet terrenus quiſpiam, & hãc iniuriam paſ- Eſai. 66.
ſus eſſet, quæ fulmina non minitaretur & laqueos & mortes? Deniq; odium ſuum tranſmitteret ad nepo
tes & pronepotes: iuxta illud Deut. 23. Ammonites & Moabites non intrabũt in eccleſiam in æternum,
quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via, quando egreſsi eſtis de Aegypto. Num. cap. 21.
Et ſequitur. Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in ſempiternũ. Hæc
C ſunt verba legis, quæ filios ſuos ſpiritum vindictæ & timoris docuit, reddere videlicet malum pro malo,
& pro vnica iniuria odia reponere æterna. Vnde Iacobus & Ioannes quaſi adhuc filij litteræ occidentis,
ignem volunt e cælo deponere, imitantes Heliæ Zelum, vt conſumat non vnum aut duos quinquage- 4. Reg. 1.
narios ſed omnes ciuitatis illius indigenas: Sicut Sodoma olim funditus interijt. Geneſ. 19. Res igitur indi-
gna erat, & illi digni qui cum Abiron abſorberentur, tamen apoſtoli meminiſſe debuerunt cuius ſpiritus Num. 16.
filij erant: Eius videlicet cuius verba ſunt, percutienti maxillam vnam, ſi res ferat, para alteram. Matth. 5.
Vnde dominus conuerſus, increpuit irrationabilem motum eorum non ſine ſeueritate vultus, dicens. Vere
neſcitis cuius patris eſtis filij. Hieronymus. Notum eſt ꝙ pro ſumma iniuria Phariſæi exprobrabant do- Hierony.
mino, dæmonium habes, Samaritanus es. Et Luc. cap. 10. ponitur pro miraculo ꝙ malus bene fecerit. Et
ad puteum audiuit dominus, quomodo a me poſcis aquam, cum ſis Iudæus & ego Samaritana. Videntes Ioan. 8.
ergo Samaritæ dominum ad hoſtes ſuos pergere, quem Iudæum eſſe ex habitu agnouerunt, quaſi Iudæũ
D & alienum ſuſcipere noluerunt. Verum voluntas eius fuit, ne ſuſciperetur ne occupatus in doctrina Gẽtis Ioan. 4.
illius, paſsionis differret diem, ad quam venerat ſuſtinendam. Sed apoſtoli iniuriam domino illatam vl-
ciſci nituntur quia nondum dictum erat a pendente inter latrones, pater dimitte illis, quia neſciunt quod
faciũt. Pulchre autem vis inquiunt dicimus. Ergo vt apoſtolorum ſermo efficientiam habeat: voluntatis
eſt domini. Si inquiunt ad ſerui Heliæ iniuriam vindicandã ignis deſcendit de cælo: & non Samaritas ſed Luc. 23.
Iudæos conſumpſit incendium, quanto magis ad contemptum filij Dei in impios Samaritas debet flam-
ma ſæuire? Sed neſcitis cuius ſpiritus eſtis, immemores bonitatis euangelicæ, in quo dicitur, bene facite his
qui vos oderunt. Alioqui quomodo in quotidiana præce dicemus, dimitte nobis debita noſtra, animo di- *Matth. 5.* *Matth. 6.*
ſcrepante a verbis? Oratione diſsidente cum factis. Væ nobis miſeris qui tanto tempore aut nõ obtulimus
munus ad altare, aut ira permanente & ſuper eam ſole occidente (Epheſ. 4.) ſine cauſa obtulimus, ma-
nibus ſanguine plenis. Auertam inquit rex pacificus oculos meos a vobis, & ſurdus fiam ad preces ve-
E ſtras. Eſai. 1. Philippus rex cum ab amicis contra Græcos concitaretur, ꝙ bene ab eo affecti, de eo oblo- Philippus.
querentur, dixiſſe ferunt. Quid ſi præterea prouocem? Hoc eſt oleum camino addere. Quando igitur vxo-
ri obtrectatrices detulerint, virtuus (dicentes) & amanti & pudicæ iniuriam facit, reſpondeat. Quid ſi
ipſum odiſſe atq; laceſſere incepero? Satius eſt vincere in bono patienciæ malũ iracundiæ. Leonẽ aliquã-
do capra vt vidit furentem, o fatum ferarum ait miſerrimum ſi compos mentis intolerabilis es Leo, quo- Leo furens
modo nunc furens, non plena omnia facies lachrymarum? Si poteſtati coniuncta ſit ira, iam diu terræ cælũ
homines miſcuiſſent. Erat autem poteſtas in Chriſto, in apoſtolis voluntas ſæuiendi. Volebãt ergo apo-
ſtoli hæc duo copulare, quod prohibuit is qui animas venit non perdere ſed viuificare. Diogenes cuidam Diogenes.
interroganti, quo pacto poſsit inimicum vlciſci, ſi te ipſum inquit honeſtum ac bonum virũ præſtiteris.
Vulgus cum bellos equos ac laudatos inimicorum canes conſpexerint: moleſte ferunt. Quid igitur futu-
rum pu-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

ſum putas, ſi te ipſum oſtenderis virum iuſtum totum teretem & omnibus frugi, & inquo vel argi ipſi
Prouerbiũ nec nodum inueniant, non magis ꝙ in iunco? Vnde illud. Num conſideraſti ſeruum meum Iob? ſeuuiu
reuera admodum iaculum in corde ſatan. Adhuc inquit retinet innocentiam ſuam. Iob. 1. Laudauit Chry
Cyrus. ſantum Cyrus, ꝙ hoſtem interfecturus, cum iam gladium ſuſtuliſſet (Alter Abraam) & interim receptui
Cani audiſſet, hoſtem omiſit, & quaſi prohibitus ictus, abſtinuit. Merito ergo apoſtoli talem ducem na-
cti qui pro impijs moriturus veniat, vindictam expetentes, audierunt, ignoratis ſacramenta militiæ ve-
ſtræ, patientia pugnandum eſt & malis vt dicitur argẽteis. Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum.
Prouerbiũ Rom. 12. Tunc acceſſit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs ſuis, adorans, & pe-
tens aliquid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi: dic vt ſedeant hi duo filij mei vnus
ad dexteram tuam & alter ad ſiniſtram in regno tuo. Marcus ita poſuit hunc textum. Ac-
cedunt ad eum Iacobus & Ioannes filij Zebedei, dicentes. Magiſter volumus, vt F
quodcunq; petierimus, facias nobis. At ille dixit eis. Quid vultis vt faciam vobis?
Et dixerũt. Da nobis ad dextram & alter ad ſiniſtram tuam ſedeamus in gloria tua.
Quod dicit: ad ſiniſtram, Græce eſt, Ex euonymon. Vocatur autem ſiniſtra boni ominis, ſicut poetæ fu-
rias eumenidas vocant, & in Iob benedicere ponitur pro maledicere. cap. 2. Principio autem inquirendũ:
vnde opinionem habent regni ſiue Ioannes & Iacobus, ſiue mater eorum, vt cum dominus dixerit, trade-
tur filius hominis principibus ſacerdotum, & tradetur Gentibus vt crucifigatur, & ignominiam paſſio-
nis timentibus diſcipulis nuntiauerit: illa gloriam poſtulat triumphantis. Hac inquit Hieronymus for-
Hierony. taſsis ex cauſa, quia poſt omnia concluſit, & tertia die reſurget. Itaq; videbant quo eundum erat, ſed non
qua eundem. Via ad gloriam patris contumelia erat crucis. Putauit ergo mulier poſt reſurrectionem do-
minum illico regnaturum (cuius opinionis multos fuiſſe ex diſcipulis Chriſti, Lucas teſtatur Actu. 1.) &
quod in ſecundo aduentu promittitur, in primo eſſe complendum, & auiditate fœmina præſentia cupit, G
immemor futurorum. Poſtulat autem errore muliebri & pietatis affectu, neſciens quid peteret, ſed mater
erat. Nec mirum ſi hæc arguatur imperitiæ, cum de Petro dicatur quando vult tria tabernacula facere,
Marci. 9. neſciens quid diceret. Error erat, ſed pietatis. Neſciunt enim viſcera materna patientiam. Et ſi voti auara,
Ambroſi? tamen venerabilis cupiditas, quæ non pecuniæ eſt auida ſed gratiæ. Nec inuerecunda petitio (altera Be-
thſabe) quæ non ſibi ſed liberis conſulebat. Simearum generi præcipua erga fœtum affectio. Geſtant Ca-
tulos quos manſue factæ intra domos peperere, omnibusq; demonſtrant tractariq; gaudent, tractu gra-
tulationem intelligentes, Itaq; magna ex parte complectendo necant. Mutianus & latrunculis luſiſſe cera
fictis tradit. Cæterum non ſolum ex Marco qui manifeſte exponit ipſos fratres acceſſiſſe ad dominum &
hæc eadẽ poſtulaſſe, intellige licet, ꝙ a filijs erat ſubmiſſa: ſed & ex Chriſti ſermonibus, quibus non quaſi
ad matrem ipſam petentem, ſed quaſi ad filios ſubmittentes reſpondit, neſcitis quid pe. Itaq; illa quidem
acceſſit iuxta Matthæum, ſed ſubmiſſa a filijs, & quoniam quæ quis per alium facit, ipſe facere videtur, H
alter euangeliſta dicit acceſſiſſe matrem, alter ipſos fratres. Quod dicit Matthæus, adorans & petẽs, illa
quidem tunc nihil petebat, ſed erat forte genu flexo ante dominum, quaſi in habitu petentis. Adorans &
Matth. 20. petens. Vtrum autem crederet Chriſtum eſſe deum, non apparet, ꝙ Iudæi non credebant Meſsiam ven-
turum, eſſe deum, licet ex ſacris litteris hoc inferatur. Et ita licet mulier crederet illum eſſe Meſsiam: non
Abulenſis erat neceſſarium ꝙ crederet illum eſſe deum. Cum enim dicit. In regno tuo: de æterno nihil ſuſpicabatur:
nec filij ſui, & idem dicendum de cæteris apoſtolis, qui tamen eum Meſsiam credebant, & regnaturum
ſicut Dauid, & congregaturum diſperſos iſrael. Forte autem timebant iſti duo, nec honorem hunc ante
Matth. 16. eos Petrus poſtularet, cui dictum eſt, tibi dabo claues. Et inquiunt: ſi Petrus prior petat, dexteram ei cõ-
cedet. Ita iſti nihil aliud ſomniabant ꝙ regni primas partes: cum nudiuſtertius piſcatores eſſent, & vix
ſcapham vnam obtinerent eamq; miſere apparatam, quibus dicitur. Neſcitis quid petatis. Nam ꝙ homo I
petat & non opportuno tempore, vel ſupra meritum vel ante miniſterium, mercedem, error quidem eſt, ſed
ignoſcendus, neſcire autem quid petat, omnia confundit. Petebant enim quod omnino non eſt in deo, vi
delicet dexteram & ſiniſtram, & coronam ante victoriam, & ſedere anteq; miniſtrarent, & regnare in
terra: & hoc iure propinquitatis, dicat licet Faber, ꝙ duo iſti apoſtoli nullo gradu ſanguinis attingebant
Chriſtum, ſed mater eorum Salome dicitur ſoror immaculatæ virginis, quia Iudæa, & affectu. Et Ma-
ria virgo & Maria Cleopæ nupſerunt duobus fratribus videlicet Ioſepho, & Cleopæ, & inde dicuntur
ſorores, id eſt cognatę. Hęc dicit Faber, ſuſtinendo ꝙ Anna mater beatiſsimę Virginis ſemel nupſit, & ſe-
mel peperit, de quo fecit longum tractatum. Hęc alijs diſcutienda dimitto, ad hoc enim tantum ea retuli,
Faber. vt non pro articulo fidei habeãtur, ꝙ Anna mater Deigenitricis tertio nupſerit: licet ita cõmuniter tenea-
Problema tur, a multis opinantibus: a nullo tamen improbetur, & c. Iſti igitur cũ interrogarentur de neſcio quo ca-
lice hauriendo (dulce enim bellum in expertis) eadem inſipienti temeritate reſpondẽt: dicentes poſſumus. K
Prouerbiũ honoris cupiditate inflammati: ſed audiunt, non eſt meum. Reuera eius intererat, ſed non iure affinitatis
aut ſanguinis. Itaq; cognatio & familiaritas quam eis oſtenderat in domo Archiſynagogi. Matth. 9.
Methamorphoſi: Matth. 17. & alias, ipſos & matrem audaces fecerat. Cum Genethliaci Chaldæi Agri-
Agripina. pinæ matris Neronis reſpondiſſent, imperaturus quidem filium, ſed occiſurum matrem: occidat inquit
modo imperet, tam impotens erat in fœmina dominandi ſitis. Et habuit quod optauit, & cum occidere-
Dionyſi?. tur, ventrem oſtendens, hunc inquit confodite, qui talem peſtem genuit tale portentum peperit. Vulgato
ſtatuto Romę quo liceret (nam id ante non licebat niſi ingenuis) cuicunq; etiam plebeio magiſtratum
petere, id ipſum flagitante populo apud ſenatum, tribuni iuſſerunt, vt quicunq; vellent plebeiorum ma-
giſtratum peterent ſimul cum patricijs. Sed adeo leuis quędam res eſt deſiderium ſine ratione, & cito in
alteram

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

alterā partem tranſiens, vt hi tanti ante facientes hoc, potiri magiſtratu, ac niſi eis hoc dictū eſſet a pa
tritijs, relicturi vrbē vt antea, aut armis ipſi eum aſſumpturi erant, vbi conceſſum hoc acceperūt (priua-
tio eſt enim cauſa appetitus) abſtiterūt ſtatim deſiderio, ſtudiaq; in altera partē tranſtulerūt. Multis enim
plebeiorū profitentibus ſe præfecturam hanc petere, magiſtroq; ſtudio preces adhibentibus neminē eorū
dignum hoc honore putauerūt, ſed facti ipſi ſuffragiorū domini, petentes eum magiſtratū, patritios illu-
ſtres viros eos omnes præfectos creauere, nullum ex plebeis, omnes enim ad vnū audierant ex ore ſuorū:
Neſcitis quid petatis. Eſt vero quorundā tanta ſitis ſedendi in hac cathedra peſtilentiæ (dimitto enim nūc Pſal. 1.
Abimelech, qui. 70. fratres occidit vt ſolus ſederet, ipſe alias nothus, Iudi. 9.) vt legamus de Antonio filio Antonius
Seueri imperatoris, q fratrē ſuū Getam occiderit Cubantē in ſinu matris, vt toto potiretur imperio. Ha
bes autē in Geneſ. cap. 27. Quomodo cōſilio matris Iacob anteuerterit benedictionē fratri, tum & maio-
A ricatū, Gene. 25. Sed quot annis vnus alterū præcedebat? Prior nequaq; perfecte egredi potuit, niſi & ſub-
ſequens incoaſſet. Quid autē ſi & hic factū eſt, quod in Phares & Zara? Cum aliquādo Darius Alexan- Gene. 38.
dro innumera vellet dare talenta Aſiamq; cū eo ex æquo diuidere, dixiſſetq; parmenio, ego quidē acce-
piſſem, ſi Alexander eſſem, & fierē gener tanti regis, reſpondit Alexāder: Et ego inquit per iouē, ſi par- Alexāder.
menio eſſem. Sed dario reſpōdit, neq; terrā duos ſoles, neq; Aſiam duos reges tolerare. Legimus de Dio- Diocletia.
cletiano & Maximiano hoſtibus alioqui Chriſtiani nominis, q poſt annos. 20. Imperij ſui, orbe pacato,
Dioclecianus Nicomediæ, Maximianus Medialani imperiū eodē die diſpoſuerint ſponte, nec prægrauāte
ſenecta vel rerū mole preſſi. Diocletianus certe cōſtantius in eodē propoſito manſit, nā perdecem annos,
tot enim priuatus Salonis ſuperfuit, hortorū amœnitati vacās, iterū ad imperiū ſollicitatus, a priuata vi- Pauus.
ta abduci nō potuit, teſtans nullos ſibi vnq; ſoles lætiores affuiſſe. Iſti autē duo fratres a remo vt dicitur
B tranſire volebant ad tribunal, quod iſti duo imperatores experti rei pōdus, libere depoſuerunt, & ſe inor-
dinē redegerunt. Nimirum teſtudo volare voluit, ſed malo ſuo. Auibus creaturis regē, pauo orabat vt ſe
ob pulchritudinē eligerēt. Eligentibus autē eum omnibus, monedula inquit. Sed ſi te regnante, aquila nos
perſequi aggreſſa fuerit: Quomodo nobis opē feres? Qui vocatur adeo tanq; Aaron. Arceſilaus regno Hebr. 5.
pulſus, in Samum aufugit. Mater eius Ferotima in Cyprū delata, ad Enelthonem Salaminiū regem ſe cō
tulit. Quæ cum mulier aſsiduis fatigaret precibus, vt ſe & filium in regnū reſtitueret, impetraretq; omnia Sabellicus.
(præter exercitū) ad bellum oportuna, arma frumentū veſtes aurū, illaq; vt is quoq; daretur, minus vere-
cunde q fœminā deceat efflagitaret: Rex fuſum aureū ac colū aureo penſo ei dono miſit, quia eiuſmodi
rebus inquit melius q exercitu donantur fœminæ. Ageſilaus cū puer adhuc eſſet, ac in gymnicorū ludo- Ageſilaus
rum celebratione in loco minus honeſto a chori magiſtro collocaretur, obtēperauit quidem, licet iam rex
foret declaratus, ac dixit, Euge demōſtrabo & enim non locis viros, ſed viris loca effici honoratiora. Iſti
C autem a locis dextra & leua honorem mendicabant. Sed audi prouerbium, ſimea ſimea eſt, aurea licet & Prouerbiū
regalia geſtet indumenta. Namq; ſacerdos magnus in tribunali ſedēs, paries dealbatus vocatur a Paulo. Actu. 23.
Ptolemæus rex Aegypti litteris miſsis ad Cleomenem, auxilia aduerſus Antigonū vltimo pollicebatur, Cleome.
ſi matrem ſibi ac liberos pro obſidibus mittere vellet. Cleomenes diu cunctabundus tandem occaſionem
nactus: cum rem matri panderet, ſubridens illa, hoccine inquit erat mi nate quod toties dicere aggreſſus
formidabas? At qui magis decuit q primum nauibus corpuſculum hoc impoſitum quocunque libuiſſet
mittere, præſertim ſiquid ex ea re vtilitatis patriæ prouenturum arbitrabaris. Sed duo iſti non patriæ ſed
ſuam quærebant vtilitatem, vnde audiunt: Neſcitis quid petatis. Faber. Arguuntur ergo ſimulationis, q
ſubmiſiſſent matrem, quaſi ipſi id non peterent, ſed ſola matris ſollicitudo pro ipſis intercederet. Igno
rantiæ vero & paruæ fidei, vt qui putarent hanc ſubordinationem dominum latere, quem credere debe
bant omnia noſſe. Non legerant, dixit dominus domino meo, ſede a dextris meis. Sedere igitur a dextris
D eſt paternæ ordinationis & conſtitutionis æternæ, non arbitrium huic vel huic dare. Poterat & glorioſa
illa viſio in monte facta ad ambitionem illam corda eorum traxiſſe, ſed ad humilium cogitationem auo- Matth. 17.
cat eos dominus, dicens. Poteſtis bibere? Et illi, poſſumus inquiunt. Quibus dixit ita eſſe futurum, vt me-
moria & recordatione illorum caderet eorum ambitio, & in ipſis obtineret humilitas, effugaretur igno-
rantia, & ſub oriretur diuinitatis vera fides & illuminatio. Volumus inquiunt vt des nobis quicquid pe-
tierimus. Verbum admodum inſolens, & indignum tantis viris. Sed tamen ſancti licet, homines ſunt. Et
vt dicam quod ſentio (inquit Bernardus) difficile fortaſsis aut impoſsibile eſt, vt ex amara radice ambi- Bernardus
tionis ſuauis fructus eructet charitatis, quanquam apud deum omnia ſint poſsibilia. Homo enim in ho- Pſal. 48.
nore conſtitutus, non intelligit, quia honor in multis abſorbet iudicium. Nam Cæſar in Hiſpaniam pro- Cæſar.
fectus in trāſcurſu alpium exiguo & humili quoddam oppido diuerſatus, quod pauci admodum mœſtiq;
E tenebant accolæ, ex comitibus quidam per locum rogaſſe dicitur: crederet ne ibiq; certamina de principa-
tu oriri: ambitionem ve ſollicitare oppidanorum animos. Mallem dixiſſe fertur, hic princeps eſſe, q Ro-
mæ ſecundus haberi. Tanta ingenium illum dominandi cupiditate exarſit. Si ius inquit violandum eſt,
iuxta Euripidem, Regnādi cauſa violari oportet. In cæteris rebus pietatem colas. Ex eodem affectu ani- Euripides.
mi gemitus illi ac lachrymæ extiterunt vt fertur, q magni Alexandri ſtatua Gadibus animaduerſa, pro-
feſſus eſt, merito ſibi dolendum, q ea ætate qua ille orbem ſub egiſſet, nullum eſſet a ſe præclarum faci- Cæſar.
nus geſtum. Quoniam beatos igitur dicemus ſiſyphidas iſtos, qui ſpōtanea ſeruitute ſaxum ambitio-
nis irrequieto labore ſubuoluunt, non modo humeris & ceruice ſed etiam præcordijs & vertice, onus
per graue & aſperum iuxta veritatem, & ſi expertis credimus, iugum importabile. Iſti ſimiles ſunt
equo Alexandri, qui vbi ornatus erat (ſimia in purpura) armatusque ad prælium, haud vnquam equus Alex.

PP haud

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

haud vnq̃ꝫ inſcendi ſeſe ab alio q̃ꝫ a rege paſſus eſt, quaſi cum phaleris naturã mutaret (mutaberis in alium
1. Reg. 10. virũ) cum reuera ille onus ſentiret armorum, non honorẽ. Qui autẽ eſſe ſubſentibus delitias arbitrantur,
Iob. 30. iſti cum dignitate honorẽ ſentiunt, non onus. De hoc Plutar. Traiano ita ſcripſit. Modeſtiã tuam noue-
Traiano. ram non appetere principatum, quem tamen ſemper mores elegantia mereri ſtuduiſti. Quo quidem tãto
Antigon? dignior iudicaris, quãto a crimine ambitionis videris eſſe remotior. Antigonus ad vetulam aqua beatu
dicebatur, ſi ſcires inquit ſub hoc ſileno quot lateant mala, miſerum me potius q̃ꝫ beatũ diceres. Simonidi
autem dicenti, quare ergo non deponis principatum? Lupum inquit auribus teneo. Quomodo enim tot
cædes rapinas totq̃ꝫ facinora compenſare aut perſoluere priuatus ſine periculo poſſem? Quod ſi ita eſt,
Chyſoſto. vere neſcitis quid petatis. Quare? Chryſoſtomus. Nihil ſpirituale poſtulabãt, vel ſi noſſent quid petebãt
Eſai. 14. nõ auſi fuiſſent tantũ quidem petere: quod ſuper excedit ſuperiores virtutes. Sedere enim ſolius Dei eſt ad
Matth. 19. dexteram. Magnum eſt & angelicas concutiens virtutes, ſedere in monte teſtamẽti, & ſimilem eſſe alti-
Auguſti. ſimo. Et reuera ſufficiebat illis quod audierant, ſedebitis ſuper ſedes duodecim. Auguſtinus. Deus autem
cum male aliquid petitur: dando iraſcitur, non dando, miſeretur. Ita enim ſcriptum eſt: Adhuc eſcæ erant
3. Reg. 1. in ore ipſorum, & ira Dei venit ſuper eos. Num. 11. Tu autem obſerua adoniam ſubmittentẽ Bethſabe,
vt peteret petitionem vnam paruulam a Salomone filio ſuo. Et quid audiuit Adonias qui Bethſabe ſub-
miſerat? Quia contra animã ſuam loquutus eſt Adonias verbũ hoc, hodie occidetur: quod & factum eſt.
Aſpirabat enim ad regnũ. Cum iſtis autem mitius agitur: Non enim malicia ſed ignorantia peccabant:
& filij erant ſponſi, vnde dictum eſt ad illos inconſequentibus. Neſcitis quid petatis. In cælo nullus
ſedebit, omnes ſtabunt, iuxta illud, decies centena milia aſsiſtebant ei. Dani. 7. Recũbite igitur in nouiſ-
Lucæ. 14. ſimo loco in pręſenti vita vt audiatis aliquando, amici aſcendite ſuperius: quia omnis qui ſe humiliat exal-
tabitur, de qua humilitate ſequitur. Poteſtis bibere calicem quẽ ego bibiturus ſum. Auguſt.
Auguſt. Non inuidit eis ſedes, ſed conuallem prius plorationis oſtendit, quaſi diceret, Illuc vultis venire vbi ſum
ego, venite qua ego: poteſtis bibere calicẽ meum? Marcus. Aut baptiſmo quo ego baptizor ba-
ptizari? Theophyl. vocat autẽ baptiſma mortem ſuam, q̃ nos omnes purificet. Oſtendit autẽ, q̃ mor-
Theophy. tem obire leue ſit: propter paratam mercedem, vnde eam poculum nominat: cuius tamen calicis ipſe pri-
mum parum quid delibauit, quia cum guſtaſſet: noluit bibere. Delibauit igitur ipſe, vt nos ſecuri quod ſu-
Matth. 27. perfuit hauriamus, in his enim duobus omnes interrogamur, vtrũ nam poſsimus bibere de calice Chriſti,
quia omnes reuera volumus regnare cum Chriſto. Et illi etiam in hoc ſuperbi, poſſumus inquiunt, quo-
modo Petrus, etiã ſi oporteat me mori tecum, non te negabo. Paulus autem ſobrius ſapuit dicens, velle
Phil. 4. adiacet mihi, perficere autem non poſſum. Rom. 7. poſſum tamen omnia, ſed in eo qui me confortat. Et
ita dicerent iſti, optime dicerent. Itaq̃ꝫ ſicut neſciebant quid petebant, Ita neſciebant quid reſpondebant
vtrobiq̃ꝫ ignorantes, & præſumptuoſi. Et dominus. Poculum meũ bibetis, & baptiſmate meo
baptizabimini, & ſi modo non poteſtis, bibetis. Quomodo Petro: Non potes me ſequi modo ſeque-
Theophy. ris autem poſtea. Theophyl. Reuera neſcientes quid promitterent, ſed ſolum ſpectantes ad id quod cupie-
bant, omnia facile pollicentur. Nam vnde nouerant, q̃ poterant: Non ergo tam ex fiducia virium ſuarũ
Ioan. 15. q̃ꝫ ex ignorantia calicis & baptiſmi dicunt, poſſumus. Et ecce Agnus Dei inſtante hora hauriendi calicis
& baptiſmatis ſui (quod idem eſt, ſed vocatur poculũ, quia felle & aceto potatur, baptiſma, quia a plan-
ta pedis verticem vſq̃ꝫ pars in eo nulla remanſit doloris expers) tertio orauit patrem, vt tranſiret ab eo
Eſai. 1. hora Marci. 14. Et iuxta Lucam factus eſt ſudor ſanguinis decurrens ad terram vſq̃ꝫ: nimirum ex triſticia
Luce. 22. & tædio imminentis poculi, impendentis gladij: de quo Lucas cap. 2. Poſſumus inquiunt. O q̃ꝫ expedite
q̃ꝫ incuntanter ſalebram hanc tranſiliunt, dicentes, poſſumus, & iam parantes fauces poculo epotando,
putabant ſe iam tenere dexteram & leuam: cum reuera vim poculi & amaritudinem eius penitus ignora-
rent. Nonne ſatius erat & ſanius, vt audito nomine ſibi penitus ignoto, rogarent dominum dicentes, ex-
plica nobis qualitatẽ calicis, & vim huius baptiſmatis, & metientes vires noſtras, reſpondebimus propo-
ſitæ interrogationi? Sed ſunt multi atlantes, qui cælũ ne ruat humeris ſuſtinere ſe iactãt cum nil aliud ſint
Chryſoſt. q̃ꝫ nani aut colloſsi in foribus Baſilicarum. Attamen quoniam iuxta Chryſo. non terrena ſed cæleſtia de-
ſiderabant dicentes, ſedeamus in gloria tua iuxta Marcũ, non omnino vacui dimiſsi ſunt a pręſentia prin-
cipis, ſed audierunt, id quidem quod petitis, quoniam iniuſtũ eſt, iuſte vobis denegatur, dabo tamen aliud
oportunius donũ ac vtilius: Calicem meũ bibetis, tranſibit enim a me capite ad vos qui mẽbra eſtis cor-
poris mei. (Ego enim libabo vobis) ſicut Paulus qui ſupplet in corpore ſuo ea quæ deſunt paſsionũ Chri-
ſti. Colloſ. 1. Si dicas q̃ amara eſt iſta potio, non inficior: ſed vide q̃ præcioſa eſt hæreditas. Chryſo. Po-
Chryſoſt. culum meum bibetis: Magna bona vobis prenuntio. Martyrij enim coronam adipiſcemini, & violenta K
morte ſicuti & ego a vita decedetis. Quod de Iacobo verum eſt. Ioannes palmam quidem martyrij acce-
pit, primũ quidem ante crucem Ieſu, & ſecundo quando coniectus eſt in dolium feruẽtis olei, vnde egreſ-
ſus eſt vnctus, non tamen in aliquo aduſtus. Tertio quando miſſus eſt in exilium in inſulam Pathmos.
Exilium enim genus eſt mortis ciuilis iuxta Tullium. Sedere autem ad dexterã meam vel ſini-
Tullius. ſtram non eſt meum dare vobis, ſed: illis contingent, quibus paratum eſt, Matthæus, a pa-
tre meo. Chryſo. ad clariorẽ intellectum ſubijciamus exẽplũ. Ad editorẽ igitur numerũ atq̃ꝫ certaminũ
Chryſoſt. quo multi atq̃ꝫ pręclari athletæ cõfluant, duos quoſdã ipſi præcipua familiaritate cõiunctos acceſſiſſe fin-
gamus, qui amicitia iudicis freti, poſtulare audeãt, vt victores ipſi pręconio declarari, cononẽtur. Quib?
ille reſpondeat. Non eſt meũ id dare, ſed quibus labore, atq̃ꝫ ſudore pręparatũ eſt. Num igitur hunc quaſi
nõ potentẽ. Illũ id facere cõdẽnabimus? Nequaq̃ꝫ, ſed iuſticiã eius admirabimur. Non eſt igitur meũ dare
vobis ſuꝑbis & immeritis. Nõ pręcario dat. Quib? igit dandũ eſt vt ſedeãt? quib? paratũ eſt a patre meo.

Et nonne

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

Et nonnè & iſtis paratum erat a patre? Erat reuera, ſed non illis quales erant, quando id poſtulant, ſic &
latroni paratum erat, ſic & Saulo Paulo, ſic & Matthæo: ſed mutatis in alios viros. Deponuntur ergo
potentes de ſedibus & exaltantur humiles: Et nota naturam arrogantis: ſuperbus maiorem ſe cæteris opi
natur. Neq; ita magno poterit quiſq; eum honore efficere, quin cupiditate maiore agitatus parum ſibi
collatum arbitretur. Cumq; laudem ab hominibus quærat, ſpernit eos atq; contemnit. Quæ res adeo ex-
pers rationis eſt, vt ænigmati ſimillima ſit. Quos enim dat peſſum: ab his gloriam mendicat. Quem te Lucæ.10.
ipſum facis? videbam ſatanam ſicut fulgur (nihil velocius) e cælo præcipitatum. Quibus paratum eſt in-
quit a patre meo. Id autem dixit, vt oſtendat patrem quoq; non peticionibus deferre ſolere ſed meritis, Rom.20.
quia deus perſonarum acceptor non eſt. Iure igitur reprehenditur mulier, quæ & impoſsibilia: & ſpeciali
quodam priuilegio a domino poſtulabat. Quia ea quæ ſanctis iudicauit eſſe donanda, non duobus apo- Ambroſ.
A ſtolis ſed omnibus etiam ſine cuius quam præcatione voluntaria ſui largitate contulerit, iuxta illud, ſedebi- Matth.19.
tis ſuper ſedes duodecim. Item Paulus de omnibus electis, conſedere fecit in cœleſtibus. Ephe.2. Poterat Matth.20.
igitur dominus dare per potentiam: ſicut ſcriptum eſt, volo huic dare ſicut & tibi, ſed non poterat dare per
iuſticiam. Vnde illud: non poſſum quicq; facere, donec exeas. Geneſ. 19. Quid enim ſi cunctantem Loth
egredi de Sodomis. Cum Sodomitis perderet ſimul? Si faceret dominus, iuſtum eſſet: ſed non eſt Dei per- Prouerbiũ
dere iuſtum cum impijs. Vos igitur more gallorum ante victoriam canitis, & auctis coronam ante pu- Auguſti.
gnam. Non glorietur accinctus æque vt diſcinctus. 3.Reg.20. Honor vmbre ſimilis eſt: fugit ſe ſequentes 2.Cor.10.
& ſequitur fugientes. Ita dicit Auguſtinus referens Saluſtium de Catone: quo magis gloriam fugiebat: Figura.
eo magis illum ſequebatur. Non enim qui ſe ipſum commendat, dicens. Ego regnabo (3.Reg.1.) ille pro- Matth.20.
batus eſt a ſancto Dauid, ſed quem deus commendat: ipſe eſt pacificus Salomon: fratrem ſuorum mini- Marci.10.
mus. 1. Paraly. capi. 3.

B

Caput. ix. Decem hoc audito indignantur de duobus. Vtroſq; corrigit dominus, docens humilitatem quæ eſt via ad exultationem, ſequitur de cæco Barthimeo implorante miſericordiam, & illuminato, & ſequente dominum Chriſtũ.

ET audientes decem indignati ſunt de duobus Iacobo & Ioanne. Ieſus autem vocauit eos ad ſe, & ait. Scitis quod hi qui videntur principari Gentibus: dominantur eis, & qui magni ſunt, hi megali, poteſtatem exercent inter eos. Non ita erit inter vos. Sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter. Et qui voluerit inter
C vos primus eſſe, erit veſter ſeruus. Nam & filius hominis non venit vt miniſtraretur ei, ſed vt miniſtraret, & daret animam ſuam redemptionem pro multis. Ecce verificatum vides verbum vetus, lis litem pa- Prouerbiũ
rit: & noxam noxa. Sicut enim duo carnaliter petierunt: ita decem carnaliter indi-
gnantur. Cum ſit inquit Paulus inter vos zelus & contentio: nonne carnales iſtis, & ſecundum hominẽ 93. diſtin.
ambulatis, 1. Cor. 3. Iuxta quem hominem? Ecce Adam (Adam homo interpretatur) factus eſt quaſi vnus cap. diaco.
ex nobis, qui ante horas ſex limus erat: imo nullus erat. Geneſ. 3. Eſt autem ironica loquutio, poteſt autem Et. 33. q. 5.
dici, non eſſe verba inſultantis Dei, ſed a ſuperbia deterrentis cæteros: videntes hominem non eſſe factũ hęc imago
qualem voluit: ſed amiſiſſe beatitudinem in qua conditus eſt: quia ſapientia præditus, & princeps orbis,
Dei amicus, Adam tamen non eſt ſeductus. 1. Timo. 2. Cum igitur ſit inter vos appetitus dominandi & ſe
dendi in cathedra peſtilentiæ, nonne homines eſtis? Sed quia error diſcipulorum non nocet præſente ma- Pſal. 1.
D giſtro: vocatis ad ſe duodecim, ſcitis inquit, quod hi qui videntur principari gentibus, &c. Quibus verbis do
minus ponit ob oculos illorum longe diuerſam eſſe rationem regni mundani & principatus eccleſiaſtici.
Illic enim iuxta quod dixit & Habacuc, facies hominum ſunt velut piſces maris, qui minor eſt voratur a Cap. 1.
maiore, aut ſaltem pręmitur tyrannide potentioris, quia ſcriptum eſt: omnis locus quem calcauerit pes ve
ſter, veſter eſto. Deut. 11. De hoc habes Iudith. 3. præceperat Nabucodonoſor duci exercitus ſui, vt omnes
deos terræ exterminaret, vt ipſe ſolus diceretur deus ab ijs nationibus quæ potuiſſent iure belli (id autem
ius ſumma iniuſticia: aperta rapina) Holophernis potentia ſubiugari. Dionyſius prior & manu fortis & Dionyſi.
bello peritus fuit, & id quod in tyranno non facile reperies non auarus, non libidinoſus, nullius denique
rei cupidus, niſi ſingularis perpetuiq; imperij: ob eamq; rem crudelis. Nam dum id ſtuduit munire, nullius
pepercit vitæ, quem ſui inſidiatorem putaret. Et tamen Tyrannidem virtute partam magna retinuit fœ
E licitate: maiorq; annos. 60. natus, deceſsit florente regno. Cæterum primatus eccleſiaſticus nihil aliud eſt
quam ſtudium optime merendi de omnibus, ſicut rex pacificus, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & ma Matth. 5.
los. In regno mundano vt quiſq; ſuperbiſsimus eſt, eo ſibi celſiorem coloſſum erigit. Dani. 3. Ita vt repe
riantur quidã, qui montes montibus imponentes, turrim Babylonis excitẽt quæ ad cælũ vſq; pertingat, Gene. 11.
vt inde Iouem deturbent, ſi ferat res & ſors. Nam deos terrenos vt diximus Nabucodonoſor omnes ad v-
num exterminari præcepit. Eius enim vox eſt, ſimilis ero altiſsimo, Eſai. 14. Cæterum in regno eccleſiæ Matth. 11.
longe via diuerſa principatur. Nullus enim eſt humilior, quam qui reuera meretur primus eſſe. Diſcite inquit
a me qui caput ſum corporis eccleſiæ, quod mitis ſum & humilis corde. Hoc eſt ergo quod dicit. Scitis, quod qui
principantur Gentibus, præeſſe volentes, non prodeſſe, populi malo ſuis inſeruiunt comodis, ſuæ auto-
ritati, quia fures ſunt & prædones, non paſtores, Ioan. 10. Dominantur igitur populis (vide Exo. ca. 5.)
Imo tyrãnidẽ exercens in illis, ea tantũ curãtes quæ faciũt ad ſtrepitũ famę & glorię ſuę, interim tõdẽtes,
 mulgen-

Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO

mulgentes, cedentes flagellis, & ſi res ferat, ſcorpionibus, extorquentes cotidianum oſtum lateum. Vos
Exo. 5. autem non ſic, qui omnia quidem reliquiſtis, omnes tamen honoripetæ eſtis. Ad hæc Plato. 8. de republi-
Plato. ca conſentaneum eſt, vt qui tyrannice dominantur, omnes de medio tollat, qui alicuius ſunt momenti.
Vnde acute illuſ... inſpicere oportet, quis fortis, quis magnanimus: quis prudens aut diues ſit. Nempe vſq;
adeo beatus, vt ſeu velit ſeu nolit his inimicus ſit. Eisq; inſidietur, quouſq; ciuitatem purgauerit. Egre-
giam ſane purgationem: contrariam plane medicorum purgationi. Siquidem medici a corpore quod de-
terrimum eſt abſtergunt relinquũt optimum contra Tyrannus efficit, & ſic facere cogitur, ſi modo ſit do-
Alexander minaturus. Ita dicit Plutar. Alexander inuictus erat armis, Diogenes pallio & pera. Dicebat autem Dio-
Dionyſi⁹. nyſius, ſe tunc maxime capere fructum ex imperio, cum quæ vellet: celeriter efficeret. Sed vehementer eſt
eſt periculoſum, velle quæ non decet: cum qui quæ velit facere poſsit, at ſimul ac dictum eſt verbum, iam
ipſa peracta eſt Id ne fieret apud iouem, inauribus ſculptus viſitur in creta vbi ſepultus eſt, quod eſt ſym
Iupiter. bolum principis non credentis facile. Sed principes huiuſmodi rariores ſunt lacte gallinaceo: cum tamen
midæ multi vbiq; nobis obuijſint. Et quemadmodum docent phiſici fulgur poſterius erumpere q̃ tonitru,
tru, prius tamen apparere (ſicuti ſanguinis prius appareret q̃ vulnus) propterea q; ſonitum quidem exci-
piant aures: lumini vero viſus occurrat, ſic in impetijs ſupplicia præuertunt accuſationes (tua ſint quæ
fuerunt domini tui. 2. Reg. 16.) & prius emicant cõdemnationes q̃ probationes. Id ſit quoniam habent
aures midæ. Tireſiæ oculos, Credulitatem non Thomę ſed Dauid Fieri autem non poteſt, vt malicia la-
teat in poteſtate. Cæterum inter tot monſtra principum qui tyrannicam poteſtatem exercent in ſubdi-
tis, aliquæ phœnices reperiuntur quibus congruit illud: hi ſint mores tui, parcere ſubiectis, & debellare ſu-
Origenes. perbos. Itaq; inter vos qui voluerit maior fieri: ſit veſter miniſter & ſeruus, &c. Origenes vos inquit do-
minus non ſic. Et vere modo non ſic eſt. Cum enim humilitatem Chriſti iubeamur præ ſe ferre, tales ſu-
mus vt etiam malorum principum mundi excedere ſuperbiam videamur. Terribiles enim nos & acceſſu
difficiles maxime pauperibus exhibemus, & tales ſumus ad eos qui nos inter pellant, ſicut nec Tyran-
1. Theſ. 5. dicentes (o vocem impiam) oderint dum metuant. Corripiendi quidem ſunt inquieti, conſolandi puſilla-
nimes, & ad omnes magnanimitas eſt habenda. 1. Theſ. 5. vt non exiſtimetur inimicus qui peccat: ſed cor-
ripiatur vt frater. Hæc diximus inquit Origenes volentes oſtendere, q; eccleſiarum paſtores principum
mundialium imitatores eſſe non debent: (ne currus agat boues) ſed imitari Chriſtum acceſsibilem & mu-
Ioan. 15. lieribus loquentem. Ioan. 4. Et pueris manus imponentem: Marci. 10. Et pedes ſuorum lauantem & ter-
gentem, vt & ipſi ſimiliter faciant. Quale eſt enim vt dominus omnium aſſumpta ſerui forma miniſtra-
turus venerit: & nos pro rete vno lacero quod heri dimiſimus, æthereas iam ſedes ſomniemus? Nam & ſi
Luce. 10. angeli miniſtrabant domino, Martha & Maria, non tamen ad hoc venit, ſed vt nobis miniſtraret, & ani-
Hierony. mam ſuam daret redemptionem pro multis. Hieronymus. Fruſtra igitur aut duo immoderata & grandia
quæſierunt, aut decem dolent ſuper maiorum deſiderio: cum ad culmen virtutum non potentia ſed humi-
litate veniatur, ſicut filius hominis, &c. Sed cui animam ſuam Chriſtus redemptionem dedit pro multis?
Non enim conuenit dicere deo. Quando enim anima illa ſuper beata aliena fuit a dei conſortio? Ne forte
ergo maligno. Ille ergo dominabatur in nobis donec daretur ei nobis redemptio anima Ieſu, decepto vi-
delicet & exiſtimanti, quaſi poſsit damnari eius, & non videnti q; non potuerit ſuſtinere in tenendo eã,
tormenta, propter quod & mors putans ſe damnari eius, damnata non eſt (niſi forte triduo, volẽti) quo-
niam erat ſolus inter mortuos liber (Pſal. 87.) & fortior omnium poteſtate mortis, & adeo fortior (capilli
Iudi 16. Samſonis renaſci cœperunt) vt & omnes ſequi ſe volentes qui tenebantur a morte, liberaret a iure mortis
Zacha. 9. in ſanguine teſtamẽti ſui, nihil valente in eis poſt modum morte. Data autem anima eius in redemptio-
nem pro multis, non manſit apud eum cui data eſt, quoniam non derelinques animam meam in inferno,
Ambroſi⁹ Pſal. 15. Iudæi igitur venduntur ſine precio iuxta Ambro. nos magno empti ſumus precio. 1. Cor. 6. quia
illi ſerui inutiles, nos filij liberæ. Gala. 4. Itaq; dominus Ieſus quoniam gentile eſt primatus quærere, quos
qui in terra acquiſierit, inueniet confuſionem, ſicut Aman & Abſalon, gentium comparatione, corũ ani-
mam æſtuantem conuertit: deniq; & ſui ipſius: qui non venit regnare, ſed crucem pro nobis pertulit. Abu-
lenſis. Olim ſane multi cum lachrymis depræcabantur primatus eccleſiæ: Gregorius clam fugit: Ambro-
Abulenſis ſius itidem, Marcus pollicem ſibi amputauit: Ammonius autem dixit præcidam mihi, ſi epiſcopum
Sacerdotiũ iure cogatis, & ſi res ferat præcidam & linguam. Anteros pontifex conſtitutionem fecit: vt liceret ſummo
pontifici cedere iuri ſuo, ſicq; ceſsit, & abijt, quo eum ſpiritus Dei tulit. Quare ita? Quia paſtores id tem-
poris nullum fructum ex dignitate percipiebant, niſi forte q; multi ex illis rapiebantur ad lauernam, in-
terim præſidentes in multa ſollicitudine gregi, iuxta illud, ſollicitudo omnium eccleſiarum. Quis ſcanda-
lizatur, & ego non vror? O vocem veri paſtoris, (2. Cor. 11.) qui & ipſe peratus erat impendi & ſuper-
2. Cor. 12. impendi pro animabus Chriſti. Nunc pontifices, 1. epiſcopi vtroq; gladio vtuntur vel de iure vel de facto:
ideo ſumme appetibiles ſunt epiſcopatus, & curritur vndiq; ad dextram & ſiniſtram. Timeant tamen
qui hic dextram elegerunt cum Loth, ſiniſtras partes teneat cum hædis. Et veniunt Hiericho, Et
Geneſ. 13. proficiſcente eo de Hiericho, & diſcipulis eius & plurima multitudine, Marcus: Fi-
Matth. 25. lius Timæi Bartimeus cæcus, ſedebat circa viam mendicans, &, Lucas: Cum audiret
Matth. 20. turbam præter euntem, interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei: q; Ieſus Na-
Mar. 10. zarenus tranſiret, Marc⁹, qui cũ audiſſet: q; Ieſus Nazarenus eſt, cœpit clamare & dice-
Lucæ. 18. re. Marcus & Lucas: Ieſu fili Dauid miſerere mei. Quod Matth⁹ duorũ meminit cęcorũ, Marc⁹
vero & Lucas vnius tantũ meminerũt, nõ obſtat veritati hiſtoriæ Reuera eni duo erãt, ſed alter inſignior
iprobior & frõtoſior (ſed bono ſuo) cui⁹ etiã nomẽ ponit Marc⁹ & huius facuũt memoriã Marc⁹ & Lucas:

Matthæus

Fondo Reservado de
EL COLEGIO de JALISCO

Matthæus vterq; . Sed quia Matthæus & Marcus dicunt : Egredientibus ab Hiericho, Lucas vero cum appropinquaret Hiericho, ſic intelligendum eſt: cum eſſet ſecus Hiericho, tamen iam inde recedebat. Nos vero quicquid de vno dixerimus, de vtroq; dictum intellige. Rogatus Aſclepiades philoſophus, qui Aſclepiad.
cęcus caſu factus eſt, quod nocumentum cum primis cæcus factus incurriſſet: vt puero inquit vno ſim co-
mitatior, qui huc vſq; ſolus incedebam. Detrimentũ igitur putabatur incurriſſe idq; non vulgare, ſiquidẽ Lucæ.11.
lucerna corporis oculi ſunt, ille autẽ lucro auctus eſt inſigni. Audi ſapientẽ. Eccle.31. Nequius oculo quid
creatũ eſt? Oculi enim principes ſunt ad nocendum, per quos mors ingreſſa eſt. Vidit enim mulier lignum
ꝙ eſſet pulchrũ. Gene.3. Per hos proſperitatem aliorũ ferre non poſſumus. Dauid vir iuxta cor Dei vxo-
rem alienam niſi in caute aſpexiſſet: non concupiſceret. Quoniã longe aberat a concupiſcentia, qui legẽ 2.Reg.11.
A poſuerat oculis ſuis, vt ne vel cogitaret de aliena. Iob.31. Vidit ergo Eua ꝙ lignum eſſet pulchrum. Et to:
Ad viſcendum ſuaue. Vnde id nouerat? Et hac ſpe vana illecta, ꝙ veſcenti aperirẽtur neſcio qui oculi, co-
medit & dedit viro, & viderunt ſe nudos. Vtinam id nunq; vidiſſent. Ita cæci ad bonũ, ad malum plusq;
Argi, eiecti a loco voluptatis: nihil aliud replicabant q; illud. Quale gaudiũ eſt mihi vel nobis, qui in te Tobiæ.5.
nebris ſedentes, lumen cęli non videmus? Ex parentibus igitur cęcis: conſequens eſt filios cæcos naſci: di- Eſai.59.
cente propheta, palpauimus ſicut cæci parietem: impegimus meridie quaſi in tenebris. Et quæ nobis reli-
qua ſpes eſt? Agnoſcere cæcitatem: ſedere ſecus viam: exorare lumen ab eo qui illuminat omnem hominẽ
qui velit illuminari. Sunt enim multi quorũ vox eſt. Nũquid & nos cæci ſumus. Ioan.9. Quid tu ſoli lu- Prouerbiũ
men vis mutuare? Cura te ipſum. Lucæ.4. Omnes tamen palpauimus quaſi cæci parietem, quia in pecca-
tis concepti, lucem ad quã conditi ſumus ignoramus: ſecluſa fide. Vide enim parentũ noſtrorum profundã
cęcitatem, vt ad vmbram confugerent: putantes ꝙ latere poſſent deum, ante cuius oculos nox ſicut dies Geneſ.3.
B illuminatur, Pſal.138. De hoc Ezech. cap.8. Certe vides fili hominis, quæ ſeniores domus Iſrael faciunt in
tenebris vnuſquiſq; in abſcondito cubilis ſui. Dicunt enim: non videt nos dominus, derelinquit dominus
terram, peruerſa eſt hæc veſtra cogitatio & vere cæcorum: qui quoniã non vident, opinantur more ſtru-
thionum, ꝙ non videantur. Obſeruandũ tamen ꝙ cæcitas iſta ignorantiæ nõ omnes æqualiter ligat, id
explicat Heſiodus, dicens. Optimus & totus oculatus ante & retro ille eſt, qui & facit, & docet, hic enim Heſiodus.
magnus vocabitur in cælis. Matth.5. Bonus autẽ eſt, qui docere quidem nõ didicit, facit autẽ quæ doctus Lucæ.10.
eſt. Iſti circa multa occupantur cum Martha, habẽt autem oculos Liæ. A lij ſunt, qui nec erudiẽti obſequũ-
tur, ſed dormitant cum Helia. 3.Reg.19. aut ſtertunt cũ Iona. aut effoſſo dextro oculo, eluſcati, ad malum
toti ſunt vigiles. Sunt & alij cæci quidẽ ipſi, cæterum cęcorũ duces, quod videre licet in aſina illa, quam re 1.Reg.11.
cta pergentẽ extra viam agitabat propheta veſanus. Gregorius. Plerunq; caro per moleſtias tacta flagel- Gregorius
C lo Dei, menti indicat deũ, quẽ ipſa carni præſidens non videbat. Et in ſanus homo a iumento corripitur,
quando elata mens humilitatis bonũ quod tenere debeat, a carne afflicta memoratur. Poſuimus gradus
quatuor. Primi habent oculos Rachelis. Et tamen iſti vident per ſpeculum. 1. Cor.13. Velantibus ſeraphim
faciẽ & pedes maieſtatis Dei. Eſai.6. Secundi habent oculos Liæ: & hi ſedent ſecus viã mẽdicantes. Ter-
tij quorũ pedes ad malum currunt: lumen a ſe repellunt: dicentes: recede a nobis. Iob.21. Quorũ conſilium Cæcitas.
longe ſit a me. Quarti Talpæ ſunt: lumen nunq; viderunt, dicentes ſe eſſe ſapientes. Euanuerunt in cogi-
tationibus ſuis Rom.1. qui viam alios docent, quam nunq; triuerunt. Alios docuit, ſe ipſos non docent. Rom.2.
Tranſeũte igitur domino: Cæcus ſedebat ſecus viam. Cæcitas enim ligauerat ei cum manus tũ & pedes,
vt ne manuario opere ſibi victum cõquireret. Is ergo cũ ex ſtrepitu intelligeret turbã multam prætereun-
tem, (vt eſt hoc hominũ genus eo curioſius, ꝙ oculis careat) rogabat quid hoc eſſet. De oculorũ natura Plinius.
Plinius multa dicit ſcitu digna lib.11. cap.37. Ex quibus pauca hæc carpſimus. quidã contuentur longinca,
alij niſi prope admota non cernunt. Reperti ſunt Romæ duo paria gladiatorum, qui contra cõminatio-
D nem aliquã non conniuerent, & ob id inuicti. Tantæ hoc difficultatis eſt homini. Neq; vlla ex parte ma
iora inditia animi cunctis animalibus, ſed maxime homini, id eſt moderationis: clementiæ odij, amoris,
triſticiæ, lætitiæ. Contuitu quoq; multi formes, truces, flagrantes, graues, tranſuerſi, ſubmiſſi blandi. Pro-
fecto in oculis animus in habitat. Hinc illæ miſericordiæ lachrymæ. Hos cum oſculamur, animũ ipſum
videmur attingere. Denique in his abſoluta vis eſt ſpeculi, vt tam parua illa pupilla totam imaginem red-
dat hominis. Ea cauſa eſt, vt plereq; alitum hominum oculos plerunq; appetant, ꝙ effigiem ſuam in his
cernentes, velut ad cognata deſideria ſua tendunt. Ex his patet quam præcipua ſit pars hominis oculus:
vt merito dixerit dominus, Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Lucæ.11. Reſponſum eſt ergo cęco, ꝙ Ie- 2.Reg.1.
ſus Nazarenus tranſiret. Qui illico totus a fidei feruore correptus: magna imo maxima qua potuit voce
clamauit dicens. Miſerere mei fili Dauid, quod blandiens dixit, id quod proprium eſt miſericordiam im- Iob.10.
E plorantium. Dauid enim vocatur in ſcriptura vir iuxta cor Dei. Actu.13. Memento inquit cuius filius es,
& imitare parentem tuum, qui tam clemens extitit erga hoſtes ſuos, vt mortem Saul & amare fleret, &
ſeuere vindicaret, & gratias referret ijs qui cadauer eius ſepulturæ tradiderunt. 2.Reg.2. Miſerere mei,
quem manus tuæ fecerunt & plaſmauerunt totum in circũitu. Ieſus autem diſſimulabat ſe audire, vt per
hoc magis ac magis accenderet cæci deſiderium, ſicut habes in Cananæa. Matth.15. Et qui præibant
increpabant eum, Marcus. Comminabantur, vt taceret. Ipſe vero, Tres euangeliſtæ, mul-
to magis clamabat: Fili Dauid miſerere mei. Ecce fatua ſapiẽtia hoim inquit Chryſ. Exiſtimãt Chryſoſt.
enim iniuriam pati magnos, ſi a pauperib9 honorẽtur. Quis enim pauper auſus eſt (ſcelus infandũ) diuitẽ
ſalutare publice? Hoc igit̃ ſuſpicãs turba ꝙ moleſtũ eſſet dño, ſi cæcus vn9 publice mẽdicus ſic acclamaret
aurib9 eius, increpabãt eũ, ac iubebãt tacere. Verũ cęcus iſte adeo nõ ceſſit (ſed plus videbat ꝑ tenebras q;
iudęorũ doctores qui legis ſcientia tumebãt) reclamãti turbæ: vt obiurgatus, validius etiã vociferaretur.



Fondo Reservado de EL COLEGIO de JALISCO